



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annalium Paderbornensium Pars ...

Complectens Inprimis Fusiozem Episcoporum Paderbornensium, Deinde Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westfaliam Antistitum, Tum Res Gestas Aliorum In Eadem Hac Regione Clarorum Virorum, Postremo Pontificum, Imperatorum, Principum &c. Gesta, maxime ea, quae Westfaliam contingunt

Ab anno Christi 1500. usq[ue] ad annum 1618. inclusivè

**Schaten, Nicolas**

**Nevhsii, 1741**

Liber XIX. [1500 - 1532]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7785**



ANNALIUM  
PADERBORNENSIIUM  
LIBER XIX.

HERMANNUS

Hassiae Landgravius,

ARCHI-EPISCOPUS COLONIENSIS,

ECCLESIAE PADERBORNENSIS ADMINISTRATOR,

ET

EPISCOPUS XXXVIII.

ERICUS

Dux Brunsvicensis,

PADERBORNENSIS ECCLESIAE

EPISCOPUS XXXIX.



An-



# HERMANNUS

Halsiæ Landgravius,

ARCHI-EPISCOPUS COLONIENSIS,

ECCLESIE PADERBORNENSIS ADMINISTRATOR,

ET

EPISCOPUS XXXVIII.

Annus Christi 1500.

ALEXANDRI VI. Pontif. 8. & 9.

MAXIMILIANI I. Imper. 7. & 8.

HERMANNI Admin. Pad. 2. & 3.



Rectus ordo postulasset forsitan, ut hic Annalium nostrorum Liber decimus nonus initium desumpsisset, ab anno prioris sæculi nonagesimo octavo, quo Hermannus antea Coadjutor, extincto Nonis Martii Simone Episcopo, pleno jure Paderbornensis Ecclesiæ clavum adire coepit. Sed quia Majores nostri à quibus opera Schateniana post laudatissimi Scriptoris mortem, prælo commissa sunt, eorundem editionem jam perduxerunt usque ad hunc annum, Hermanni Administratoris in Ecclesia Paderbornensi tertium, necesse fuit ipsorum vestigiis insistendo scriptionis ab sæculari, quem prænotavimus, anno exordium capere.

Carolus V. Hunc autem penè in ipso introitu suo memorabilem reddidit  
hoc A6 na- fortunata natiuitas CAROLI V. Imperatoris; quem intercalaris dies  
scitur Gan- vicefima quinta Februarii tunc Beato Apostolo Matthiæ sacra,  
davi, die 25  
Februar. Gandavi in Flandriâ magno Orbis Germanici gaudio in lucem de-  
dit,



dit, Patre Philippo Maximiliani Imperatoris Filio, & Matre Joan-  
 nâ Ferdinandi Regis Hispaniarum Filiâ. Magnum revera Cœsarem,  
 (ut alibi videbimus) & inter innumeras, quæ consecutæ sunt, secta-  
 riorum Principum dissensiones, non modò labentis Imperii, sed  
 etiam Catholicæ Religionis columnen! verbo, Principem talem, de  
 quo postmodum Jacobus \*Thuanus supremæ curiæ in Francia  
 Præses hoc insigne iudicium tulit: *In eo Principe cum virtute certa-  
 vit fortuna, ut illius meritis supremum felicitatis fastigium imponeret. Ne-  
 que verò ullum perfecti magis, et ad omnem virtutem expressi Principis ex-  
 emplar nostrâ et retrò saculorum memoriâ reperiri posse arbitror, quod iis,  
 qui ad imperium virtutis viâ grassantur, ad imitandum proponi queat.*

Spondan.  
 Neueler.  
 Sarius in  
 Comment.  
 rerum ge-  
 star. & alii  
 passim.  
 \*Thuan.  
 ap. Auth.  
 Phosph.  
 part. 2. fol.  
 301.

Quàm autem felix huic novo Principi, tam infelix ac propè  
 lethifer hic annus fuit Alexandro VI. summo Pontifici; etenim  
 die vicesimâ nonâ Junii, sanctis Apostolis Petro & Paulo sacrâ (dum  
 horâ nobis post meridiem quartâ in coenaculo suo cum paucis age-  
 ret) caminus ab insolenti ventorum turbine revulsus decidit: per-  
 foratoque superiore tabulato cædem inibi tam inexpectatam edi-  
 dit, ut ante pedes ejus duo viri penitus obruti, tertius verò immani  
 vulnere prostratus fuerit. Ipse Pontifex inter circumfusa tigno-  
 rum fragmina, morituro magis quàm spiranti similis inventus est;  
 neque mortis improvise minas evasisset, nisi cadentium lignorum,  
 ac tabularum impetus à superstantis umbellæ tegmine refractus  
 esset. Variam augurandi, & ratiocinandi materiam inopinus hic  
 eventus præbuit. Sed quis omnes fortuitorum hujusmodi casuum  
 significationes divinare sinè periculo erroris poterit?

Alexander  
 Pontifex ex  
 camini in-  
 cidentis  
 lapsu agrè  
 admodum  
 evadit viv.  
 Spondan.  
 ad hunc  
 ann. n. 5.  
 & alii ab  
 eocitati.

Sanè tristiores, ut opinor, futurarum calamitatum, ac malo-  
 rum Iliadem præsignârunt eventus alii: nimirum illæ maculosæ  
 cruces coloris plerumque rubei vel subrubei, quæ hoc anno cæle-  
 sti quâdam, & invisibili pluviâ vestimentis hominum, ac præcipuè  
 mulierum, altariumque linteis etiam sereno cælo insperæ sunt;  
 nullâque arte vel abstergi poterant, vel aquis incoctis elui, donec i-  
 terum spontaneo abscessu post nonum decimûve diem evanesce-  
 rent. Apparuerunt hæ primùm in tractu Rheni superioris, uti re-  
 fert coævus Author Joannes \*Trithemius: deinde verò sequenti-  
 bus duobus annis paulatim, & successivè per totam ferè Germaniam,  
 Galliam, Italiam, Poloniam, & alias Europæ nostræ Provincias  
 cum incredibili mortalium stupore inspectæ sint. Decidebant au-  
 tem occultissimè tam inobservabili subitoque modo, ut aliquando  
 sub ipsis precibus in templo publico decantatis quadraginta, & am-  
 pliùs homines unâ vice cruciferis hisce maculis notarentur; ma-  
 ximè verò in ornatu lineo, quem foeminæ in capitibus, Canonici in  
 choro, & Sacerdotes in Sacrificio divino gerunt. Neque solum id

Prodigiosa  
 cruces invi-  
 sibili modo  
 incidunt in  
 hominum  
 vestimenta.  
 Thritem. l.  
 2. Chron.  
 Hirsaug.  
 Langius in  
 Chron. Ci-  
 tit. ad an-  
 num 1501.  
 Sarius in  
 Comment.  
 rerum gest.  
 ad an. 1501.  
 & alii.  
 \*Trithem.  
 to. 2. Chro.  
 Hirsaug. ad  
 hunc ann.



fiabat in Ecclesiis, locisque patulis; verum etiam in vestiariis, arcu-  
lisque domi clausis: in quibus pariter inventa sunt lintheamina plu-  
ra ejusmodi prodigiosis crucibus insignita, uti fufius ostendetur ad  
annum proximè secuturum. Quis non putasset rem adeò novam  
ac salutiferi terroris plenam valuisse plurimum ad excitandas ani-  
mi pœnitentis lacrymas? Et tamen hujusmodi effectum portentoso-  
rum hifce crucibus respondisse, passim omnes illorum temporum scri-  
ptores negant. *Terrebant multos* (ait \*Mutius l. 30. Chronicorum

\*apud Pi-  
flor. 10. 2.  
pag 310. ad  
ann. 1501.  
Germaniæ) paucorum verò, atque adeò nullorum vitam mutabant: uti  
solent prodigia omnia, quæ, cum deberent nobis esse doctrina, et admonitio,  
ut respisceremus; ferè semper magis iudicio nobis, quàm documento sunt.

Interea Hermannus Ecclesiæ nostræ Administrator nihil cu-  
rarum, & bonæ sollicitudinis omittebat in agendis, ordinandisque  
rebus iis, quæ ad Pastorale officium pertinent. Et quia ad extir-  
panda aliorum subditorum scelera nullum gravius obstaculum est,  
quàm, si Religiosæ domus permittantur sine lege, & regularis disci-  
plinæ custodiâ vivere; etiam hoc anno intrâ urbis Paderanæ mœ-  
nia reformari iussit Monasterium Virginum, quæ ad Ecclesiam  
Gaukirchensem, sive ad S. Udalricum habitant, solæque hæcenus  
reformationem in aliis Monasteriis factam subterfugerant. Vi-  
vebant illæ veluti exleges foeminae: propterque malum Abbatif-  
sæ prioris regimen in eam agendi, & conversandi licentiam vene-  
rant, ut, abjectâ Regularum custodiâ, non solum pro suo libitu  
extra septa Monasterii currerent; verum etiam suæ vocationis ob-  
litæ nescirent amplius, cuinam Ordini, vel Statui Religioso quon-  
dam adscriptæ fuerint. Quâ ex re, cum innumera animarum peri-  
cula & offensiones populi nascerentur, Hermannus Episcopus  
ineunte Julio misit illuc Visitatores Ecclesiasticos probatissimi ex-  
empli: eisdemque seriò in mandatis dedit, ut non modò statum  
istius Monasterii penitiùs introspicerent; sed etiam ea, quæ à recto  
deviâssent, ad arctiorem vitæ Regularis normam sedulò coërcerent.  
Paruerunt ii protinus tam devoto Principis imperio; summâque  
animi integritate correxerunt inibi, quidquid antea solutum, &  
inadstrictum fuerat. Una solum difficultas remanebat, ad quod-  
nam, vel quale instituti Religiosi genus exleges istæ Monachæ re-  
ducendæ sint? Nam ex antiquis Monasterii tabulis elucebat, eas à  
primordio suæ Foundationis fuisse Ordinis Cisterciensis: contra ve-  
rò Abbatissa & seniores Monachæ existimabant, se esse Ordinis S.  
Benedicti, cujus regulam in suorum votorum emissionem professæ  
fuerint. Ac tametsi, cum ista dicerent, sat apertè indicarent,  
ignorari à se discrepantiam utriusque ordinis antedicti (uterque  
enim profitetur eandem regulam, utiturque eadem Professionis for-  
mulâ)

Reforma-  
tio Monast.  
Gaukirché-  
sis intra Pa-  
derbornâ.  
Literæ an-  
tiquæ.

Moniales  
hujus loci,  
quæ olim  
Ordinis Ci-  
sterciensis  
fuerant, ad-  
stringuntur  
ad Ordinē  
S. Benedi-  
cti.  
Ex literis  
antiquis  
de Bullâ



mulâ) nihilominus, ne contra voluntatem suam adstringerentur ad aliud vitæ genus, quàm cui se adstrictas esse putaverant; communitandem Visitatorum consilio statutum est, ut retento Virginum Benedictinarum instituto, Bursfeldianæ Reformationis, & Congregationis legibus in posterum se subjicerent. Id autem, ut facilius, & majori cum efficacia fieret; exauctoratâ Abbatissâ, ac Priorissâ veteri, duæ aliæ religiosissimi exempli foeminae ex Willebadesseni \*Monasterio ejusdem Ordinis, Paderbornam evocatae sunt, nimirum Anna de Westphalen, & Mechtildis Vetten: quarum illa Abbatissam agere; hæc verò Priorissæ officium subire, veteresque Monachas ad accuratiorem vivendi normam deducere debuit. Ità Monasterium hoc, regulari disciplinâ jam ab annis pluribus destitutum, Hermanni Administratoris operâ ad frugem rediit: ideoque & LEO X. Papa Maximus reformationem, & ordinationem hanc, ab eodem Hermanno, & Visitatoribus prædictis factam, post aliquot annorum intervalla non solum stabilivit; verum etiam Virginibus Deo sacris omnia privilegia, & exemptiones, quibus olim sub instituto Monacharum Cisterciensium gavisæ fuerant, liberalissimè concessit, & confirmavit hoc insigni diplomate:

Leonis X.  
Pontificis.

\*ex literis  
Monasterii  
Gaukir-  
chensis, &  
Willbadessensis.

**L**EO Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex assuetæ pietatis officio, et commissi Nobis Pastoralis Officii debito ad ea Nostræ sollicitudinis curas libenter apponimus, per quæ singulae Nobis et Apostolica Sedi fideles personæ, præsertim femine sexûs, sub suavi religionis jugo, altissimo famulantes in earum sancto proposito perseverare valeant: et ea, quæ pro earum salutarî directione providè facta fuisse, dicuntur; ut firma perpetuè et inconcussa permaneant, libenter, cùm à Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, et illa etiam de novo concedimus, pro ut in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectarum in Christo filiarum, modernæ Abbatissæ ac Priorissæ, et Conventûs Monasterii Monialium Sancti Udalrici in Gokercken Paderburnensis, Ordinis S. Benedicti, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd, cùm superioribus annis aliqua Moniales dicti Monasterii, cujus Abbatissa, et Moniales, quæ pro tempore fuerant, antea inibi regularem et monasticam vitam ad aliquod tempus duxerant, ob malum regimen tunc earum Abbatissæ, et nimiam libertatem per eandem Abbatissam eis concessam, disciplinâ regulari spretâ, extra dictum Monasterium discurrissent, ac infra claustrum ejusdem Monasterii suspectæ personæ, usque etiam (quod dolendum erat) ad virginalis castitatis corruptionem inventæ fuissent: bona memoriæ Hermannus Archi-Episcopus Coloniensis, Ecclesiæ Paderburnensis perpetuus Administrator in Spiritualibus, et temporalibus, per Sedem Apostolicam deputatus, in capite et in membris ordinariâ auctoritate reformavit,

Reformatio illa confirmatur à Leone X. Pontifice, anno 1513. Ex Tabulario Monasterii Gaukirchensis.

et



et ad debitam reformationem reduxit. Ipsique Commissarii (licet ex nonnullis antiquis scripturis, in eodem Monasterio repertis, ab aliquibus pretendere dicitur Monasterium Cisterciensis Ordinis fore) quia tamen Abbatissa, et Moniales Monasterii huiusmodi, quae longo tempore fuerant, reperiebantur Ordinem Sancti Benedicti professae fuisse, et sub eisdem Ordinis Sancti Benedicti regularibus institutis vixisse, et tunc vivere; Monasterium huiusmodi ejusdem Ordinis Sancti Benedicti esse, ac ipsius Monasterii pro tempore Abbatissam et Moniales sub regula et regularibus institutis dicti Ordinis Sancti Benedicti continuare, et ex tunc in antea vivere debere decreverunt, pro ut in literis seu documentis publicis desuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Abbatissae et Priorissae modernarum, ac Conventus praedictarum asserentium, se sub reformatione et regula Sancti Benedicti huiusmodi, jam per duodecim annos et ultra quiete permanuisse; Nobis fuit humiliter supplicatum, ut reformationi, decreto, et declarationi praedictis, pro illorum subsistentia firmiori robur Apostolica confirmationis adjicere, et alias in praemissis opportunè providere, de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui sacrae religionis honestatem ubique vigere et conservari, sinceris desideriis affectamus, Abbatissam et Priorissam modernas, ac Conventum praedictum, et Conventus huiusmodi singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium duntaxat harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, reformationem, decretum, et declarationem, praedicta, ac pro ut illa concernunt, omnia et singula in dictis literis et documentis contenta, auctoritate Apostolicâ tenore praesentium approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, illaque perpetuò observari debere decernimus, suppletentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenierint in eisdem. Et nihilominus pro potiori cautela, quod praefata Abbatissa et Moniales sub regula Sancti Benedicti in eodem Monasterio ejus, et non praefati Cisterciensis seu alterius Ordinis statutis se conformare, ac omnibus et singulis unionibus, annexionibus, incorporationibus, literis, contractibus, munimentis, instrumentis, publicis juribus, et consuetudinibus, etiam quo ad Parochialem Ecclesiam Rurensis dictae Diocesis, illiusque Rectoris (Praepositi nuncupati) pro tempore existentis nominationem, et praesentationem; aliisque privilegiis, libertatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis et indultis etiam Apostolicis (etiam quibus olim sub dicto Cisterciensis Ordine degentes et alia dicti Ordinis Sancti Benedicti Moniales hactenus usae sunt, seu utebantur, potiebantur, et gaudebant, ac utuntur, potiuntur, et gaudent, atque potiri et gaudere poterant, quomodolibet in futurum) de cetero sub regula Sancti Benedicti viventes, et illius

Ordi.



Ordinis existentes, uti, frui, et gaudere, ac illorum omnium vim et effectum consequi liberè ac licitè possint ac debeant, præfatâ auctoritate Apostolicâ etiam decernimus et declaramus, eisque pariter indulgemus. Non obstantibus promissis, ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii et Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis aliâ firmitate roboratis, Privilegiis quoque, Indultis et Litteris Apostolicis, dicto Cisterciensi Ordini, illiusque Patri Abbati, et diffinitoribus, et aliis superioribus, quâvis auctoritate nunc et pro tempore fungentibus, sub quibusvis verborum formis et cum quibuscunque derogatoriis derogatoriis, ac fortioribus, efficacibus et insolitis clausulis, ac irritantibus, aliisque decretis, etiam talibus, quòd illis nullatenus aut non nisi sub certis modo et formâ inibi expressis derogari nequeat per Sedem Apostolicam, etiam motu proprio et ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine quomodolibet concessis, ac reiteratis vicibus approbatis et innovatis (quibus, illorum tenorem et formas, ac si præsentibus de verbo ad verbum inserta forent, pro sufficienter expressis habentes, illis aliâ in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expressè derogamus) cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, communitationis, decreti, suppletionis, declarationis, indulti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, tertio decimo, quarto decimo Kalendas Mays, Pontificatus Nostri anno primo.

Restituto in hunc modum Gaukirchenfi Monasterio, Hermannus Episcopus exeunte Septembri Paderbornam venit, celebraturus ibi diem clientelarem seu beneficiariam, \*quam in proximas Kalendas Octobris constituerat. Magna tunc virorum illustrium turba confluit in urbe nostrâ. Nam è Statu Equestri ad renovationem feudorum aderant, Wernerus de Spiegel ex Pickelsheim Dioecesis nostræ Marecallus hæreditarius, Jacobus de Assenburg, Conradus de Exterde, Gerardus à Ledebuër, Wolfgangus & Rabanus à Saleberge, Wilhelmus à Cloister, Theodorus à Wrede, Henricus & Rabanus de Heyen, Joannes & Itelius de Torn, Wolfgangus de Haxthausen, pro se suisque fratribus, Conradus de Haxthausen pro se suisque fratribus & cognatis, Henricus de Friefenhäusen, Herboldus, Fridericus, Joannes & Georgius de Papenheim fratres, & cognati, Joannes ab Oyenhufen, Ludolphus de Yenhufen, Wernerus de Falckenberg, Conradus Oyenhufen, Theodorus de Borg, Erasmus de Lippe, Mauritius

Hermannus  
Ecclesiæ  
nostræ Ad-  
ministrato  
Paderbornæ  
celebrat  
diem feu-  
dalem.

Ex tabula-  
rio Cathedra-  
lis Ecclesiæ  
Paderb.

\*Lehntag

de



de Amelunxen, Conradus de Spiegel pro se suoque fratre Gerhar-  
do, Hermannus de Calenberg, Bruno & Godeschalcus de Donop  
cognati, Hermannus de Mengersheim Senior pro se & cognato  
suo, Burchardus & Fridericus de Oyenhusen fratres, Hermannus  
de Schilder, Theodorus de Niehusen, Albertus de Busch, Libo-  
rius de Sieghart, Joannes ab Hiddeſen, aliique non pauci, quo-  
rum confessoria vel *Reversales*, ut vocant, litera in Ecclesia Ma-  
joris archivo adhuc supersunt. E Comitibus vero comparebant  
Bernardus Comes de Lippia, & Antonius Comes de Holstein &  
Schawenburg: quorum ille clientarii beneficio recepit Comita-  
tum Lippiensem, ac Pymontanum, Simonis Episcopi concessio-  
ne ante sex annos aditum; hic vero bona plurima ad Sterneber-  
gensium Comitatum pertinentia, nimirum Arcem Berentorpien-  
sem, Pagum \*Uffelensem, Advocatiam Müddenhorstensem\*,  
omnesque decimas ac praedia in Dominio Lippiensi, Ravensber-  
genſi, & super Begham sita, cum aliis bonis quam plurimis, uti  
sonant *Reversales* aut confessoria ejusdem Comitis Antonii litera,  
hoc anno Cassellis datae in die \*S. Severi,

Inter alios  
sua feuda  
recipiunt ac  
renovant  
Comes de  
Schau-  
burg, &  
Comes de  
Lippia,  
*Jam est Op-  
pidum*  
*Salzufflen*  
*\*Die Bde  
gedie to  
Middem-  
horst.*  
*\*colitur die  
22. & 23.  
Octobr.*

Hermannus  
Admini-  
strator, &  
Conradus  
Episc. Mo-  
nasteriensis  
foedus in-  
eunt contra  
Praedones  
milites de  
Guardia  
nominatos,  
*Kleinsorg.*  
*in Hist. ms. in Pervigilio \*S. Petri ad Cathedram.*  
*Nec operae pretium est, eas ex  
de praedon.  
istis vide.*  
*Grant. l.  
12 Metrop.  
c. 25 in fin.*  
*\*uff sunt*  
*Peters*  
*Abend ad  
Cathedra.*  
*\*zu Ross  
un Suesf.*  
*\*Peterſen  
in Chron.  
Hollat.*

Ceterum Westphalia tota versabatur his temporibus in pace  
optatissima. Ac tamen per initium hujus anni praedatrix aliqua  
hominum armatorum turma (qui de *Guardia* sibi nomen assumpsere)  
in vicinas quasdam Provincias non parvo numero se infuderit:  
ea tamen in terras Westphalas pedem injicere non est ausa, postea-  
quam hoc anno praecipua Westphaliae capita, Hermannus Archi-E-  
piscopus Coloniensis, Ecclesiae nostrae Administrator, & Conra-  
dus Episcopus Monasteriensis, Ecclesiae Osnabrugensis Admini-  
strator, contra ejusmodi grassatores communi foedere se conjunxe-  
runt. Autographae istius foederis & conjunctionis tabulae adhuc  
supersunt Osnabrugi in Ecclesiae Majoris tabulario, dataeque sunt  
in *Hist. ms. in Pervigilio \*S. Petri ad Cathedram.* Nec operae pretium est,  
germanica lingua in latinam vertere, cum ferè nil aliud in se conti-  
neant, quam quod alter alteri toto virium suarum pondere cum e-  
quitibus & peditibus in auxilium advolare debeat, simul atque ei-  
dem nuntiatum fuerit, pedestres copias de *Guardia* nuncupatas,  
conjunctim vel divisim, in alterius dominia, vel ditiones involasse.  
Quare praedones illi Westphaliam intrare veriti trans Visurgim a-  
bierunt; tandemque mortem, quam diu promeruerant, trans Al-  
bim reperere, trucidati \* à Dithmarſis, uti refert Peterſenius.  
Decembrem hujus anni urbs Moguntina sibi maxime infaustum  
sensit per fraudem & malitiam unius lapicidae. Is cum ad Eccle-  
siam Collegiatam S. Stephani, diu laborasset in caedendis lapidibus

pro



pro fabrica novæ turris, pectoralem statuam ex argento factam (in qua servabatur pars capitis S. Annæ, Christi aviæ) circa festum Conceptionis B. MARIE Virginis occultè ex templo sustulit; eamque Marcodorum\* deferens, donavit Ecclesiæ Parochiali istius oppidi. Furtum illud receperunt incolæ cum ingenti gaudio; Et quia facerrimum Caput illud summâ pietate complexi sunt, succedentibus miraculis compluribus, cœpit illico magnus inibi populorum accursus fieri, non solum è locis vicinioribus, verum etiam è remotis, & longè disitis. Id verò, cum ad Ecclesiæ suprâ dictæ Canonicos nuntiante famâ perlatum est, continuo intenderunt Marcoduranis: eaque lis primùm in aula Cæsaris, ac deinde coram Raymundo Cardinale, qui sequenti anno cum Apostolici Legati munere in Germaniam venit, magnis utrimque studiis agitata est. Sed frustra & sinè fructu. Quidquid enim Cardinalis cum civibus Marcoduranis ageret, sive eos benignis, mitibusque verbis admoneret, sive pœnis & censuris Ecclesiasticis quantumvis gravibus iterumque & iterum intentatis, ad restitutionem adstringere pertentaret; illi tamen his omnibus non attentis retinebant mordicus rem acceptam scelere: malebantque pœnas omnes, ac terrores à quovis homine incussos perpeti; quam spiritualementem hunc thesaurum, velut munus è cœlo datum, rursus à se dimittere. Quare tandem Julius II. Pontifex anno 1507 venerabile caput illud Marcoduranis permittere debuit, eoque modo rem decidere, ut Canonici Moguntinenses in pœnam irreverentiæ suæ, & negligentioris custodiæ, sacri hujus thesauri jacturam ferrent; Marcodurani verò propter singularem pietatem ac devotionem suam, quam hucusque ardentè exhibuerant, eundem perpetuis temporibus retinerent. Id quod etiam peculiari diplomate ab eodem Summo Pontifice roboratum ac stabilitum asserunt. Seriem totius rei explicatiùs describit Jacobus Polius Minorita in *Exegetico historico S. Annæ c. 24.* & sequentibus. Mihi satis est, eam brevius delibare è Serario l. I. rerum Moguntiacarum c. 17. in fine, ubi sic habet: *In S. Stephani templo (Moguntia) fuit olim S. Annæ Caput. Sed anno Domini MD, circa B. Virginis Conceptionis Festum à Lapidâ Marcoduram furto sublatum est, ubi et hodie magnâ religione, circumfremetibus hæreticis, colitur. Nam ibidem illud assertari decrevit, post longas lites, Julius II. anno MDVII.*

caput S. Annæ è templo Moguntino furtivè transfertur Marcodurum.

*Truhem. l. 2 Chron. Hirsaug. ad hunc annum.*

*Teschemach. Annal. part 2. pag. mihi 357.*

\* *Marcodurum, vulgò Dürren / Oppidum Ducat. Juliac.*

Marcodurani Caput istud post litem 70 annorum retinuit ex decreto Julii II. Papæ.

*Teschemach. loc. cit. Serar. l. 1. rer. Mog. pag. 72.*

Videantur de hac re Hagiographi tomo 6. Julii in vita S. Annæ folio 256.

## Annus Christi 1501.

ALEXANDRI VI. Pontif. 9. & 10.  
MAXIMILIANI I. Imper. 8. & 9.  
HERMANNI Administrat. 3. & 4.

B

Fini-



Raymünd<sup>o</sup>  
Cardinalis,  
ad perfe-  
rendas in-  
dulgentias  
Jubilæi  
mittitur in  
Germaniã.  
Difficultas  
in eo reci-  
piendo.  
*Spondan.*  
*ad hunc*  
*annum.*  
*Trithem.*  
*10. 2. Chro.*  
*Hirsaug.*  
*& alii pas-*  
*sim.*



initis Romæ indulgentiis anni sancti, ad easdem in Ger-  
maniam perferendas, cum auctoritate Legati Ponti-  
ficii missus est Raymundus titulo S. Mariæ Novæ Car-  
dinalis Presbyter, & Episcopus Gurcensis. Præcur-  
rentem hujus legationis famam invitissimis primùm  
animis acceperunt non pauci Germaniæ Principes; Verebantur  
enim (quæ jam vetus eorundem querela fuerat) ne Legatus ille  
obtentu pietatis ingentem pecuniæ vim à suis subditis emulgêret  
pro se, vel pro aulâ Pontificiâ. At, ubi postmodum humanissi-  
mis literis ad Cæsarem exaratis docuit, longè alium sibi finem esse,  
nec venire se nummorum gratiâ; sed ut labentem Cleri, & quo-  
rundam Religiosorum disciplinam restauraret, paulò post ab urbe  
Tridentinâ ad Cæsarem evocatus, & ab eodem Oeniponti per  
menses aliquot familiarissimè detentus est. Neque Cæsarem ab  
hujusmodi viro deceptum, aut inani verborum fucò delusum esse,  
eventus docuit. Erat enim homo sanctus, pietate, mansuetu-  
dine, sinceritate plenus; & quod omnium caput est, vir ejusmo-  
di, qui divitias contemneret, atque (ut Spondanus de eo loqui-  
tur) *Elargiendo omnia, nihil admodum reservaret sibi ipsi.* Quâ de  
causâ etiam in Provinciis, ad quas devenit, præter omnem præ-  
cedentium Legatorum consuetudinem acceptissimus fuit.

continuan-  
tur in variis  
Germaniæ  
locis prodigi-  
osa cruce-  
ces, in ho-  
minum ve-  
stimenta  
lapsæ.  
*Naucley in*  
*Chron. ad*  
*hunc ann.*  
*Surius in*  
*Comment.*  
*rer. gestar.*  
*Langius in*  
*Chron. Ci-*  
*tizensi.*  
*\*apud Nau-*  
*cler. in*  
*Chron.*

\**Stauro-*  
*sichon il-*  
*lud cum*  
*præfatione*

Dum autem hic insignis Vir legationem suam ordiretur; ad-  
huc in variis Germaniæ tractibus perseverabant insolitæ cruce-  
quas anno superiore, velut invisibili quâdam pluviâ, in altarium  
hominumque pepla decidisse diximus. Harum aliquæ majores  
erant, madentesque sanguine: qui, cum deflueret, successivo  
motu suo minores iterum ac minores cruculas efformabat. Cum  
aliis apparuere simul quàm plura signa patientis Domini, nimirum  
corona spinea, flagra, clavi, lancea, & alia id genus plura. In  
aliis denique tam occulta ac mirifica fuit penetrandi vis, ut etiam in  
occultissimas arcas vel cistulas viam invenirent, & reperta in iis ve-  
stimenta linea non minùs inficerent & signarent, quàm si in aère  
locove patulo fuissent exposita. Ferme supra fidem sunt (etiam si  
reapse vera ac indubitata) quæ die 18 Maji præsentis anni ad Maxi-  
milianum Imperatorem hac de re scripsit Joannes Episcopus \*Leo-  
diensis: additque mirificos eventus istos, quos in suis literis ibi-  
dem recitat, à se tam solerter gnaviterque examinatos esse, ut nul-  
la fraudis malive doli suspicio subesse queat. Nec minora vel mi-  
nùs authentica censerì debent, quæ Joannes Franciscus Picus de  
Mirandula de eodem prodigio retulit, partim in carmine \*Stauro-  
sticho, partim in illius præfatione ad Cæsarem. *Monstrâsti Impera-*  
*tor (ait in præfatione) cum essem apud te in Germania, cruce, clavos,*  
*lan-*

lanceas  
delinea  
facilita  
et ipse,  
non mo-  
tionem  
religion  
dignam  
mum  
carmi  
crux  
minic

vine  
cruce  
quin  
bus i  
prop  
& pl  
ideo  
ræ cr  
verfo  
igno  
& C  
cruce  
vene

Ego  
ac p



lanceas, et alia pleraque, cœlesti quâdam nec visibili pluviâ in corporibus *vide apud*  
 delineatâ: et, quæ hac de re tibi etiam literis significata fuerant, quæ es *Ereher. 10.*  
 facilitate, dignatus es è germanica in latinam linguam interpretari. *Vidi 2. rer. Ger-*  
 et ipse, postquam à Tua Majestate discessi in Italiam rediturus, multa quæ *manic. à*  
 non modò fidem rei jam vulgata adfiruerent; sed majorem multò admira- *pag. 242.*  
 tionem incuterent, et unversam penè Germaniam ad cœlestia prodigia  
 religionis ergò commoverent. Quo factum, ut rem tam celebrem, tam  
 dignam posteritatis memoriâ, literarum monumentis heroicis que potissi-  
 mum versibus mandare destinaverim. Similiter etiam in adjuncto  
 carmine (quod appellat Staurostichon, à voce græca σταυρός, latinè  
 crux) portentosas hujusmodi cruces, aliaque addita passionis Do-  
 minicæ monumenta, pulcherrimè describit hisce versibus:

*Hic demissa recens populi mysteria, mirum!*

*Attoniti inspeclant homines, et inania\* passim*

*Inscribunt puro delapsa insignia celo*

*Sanguinolenta crucis. Clari memoranda triumphî*

*Effigies latè spectatur. Spongia, flagra,*

*Visuntur. Tunica inconsutilis intima, clavi*

*Cernuntur multo madefacti sanguine. Telum,*

*Quod sacram seruo discreverat impete costam,*

*Pingitur. Excubitor cristâ spectabilis ales,*

*Tergeminique micant tali, quos incluta Christi*

*Feccerat innocui sortitus tegmina miles.*

*Non ignota cano. Casar monstravit, et ipsi*

*Vidimus. Innumeros prompsit Germania testes.*

*\*inania, id  
est aërem.*

Quid autem portenderint hæc signa, terroris plena; quis di-  
 vinet? scio, & olim ante complura secula prodigiosas hujusmodi *\*witichin.*  
 cruces de cœlo decidisse, nimirum anno\* Christi nongentesimo *l. 3. Annal.*  
 quinquagesimo octavo, quando post ejectiones è Germaniæ visceri- *Dithmar.*  
 bus infideles Hunnos vel Hungaros, Catholica Religio latissime *in Chron.*  
 propagari cœpit ab Ottone Magno & ejusdem successoribus, qui *Brewer. in*  
 & plurimos Episcopatus in infidelium finibus erexere. Atque *Annal. Tre.*  
 ideo vereor, ne, ut eo tempore cruces illæ præsignârunt salutife- *vir, ad an-*  
 ræ crucis honorem & exaltationem, quæ secuta est; ita nunc è di- *958.*  
 verso præsignaverint ejusdem salutiferæ crucis depressionem & *Cruces illæ*  
 ignominiam, quæ secuta est non multò post, quando Lutherus *videntur*  
 & Calvinus hæresum suarum tubas inflaverunt, etiam salutiferæ *præsignâsse*  
 cruci & aliis redemptionis nostræ monumentis cultum omnem ac *despectum*  
 venerationem abrogantes. *& ignomi-*  
*niam, san-*  
*ctissimæ*  
*cruci & ejus*  
*mysteriis*  
*postea irro-*  
*gatâ à Lu-*  
*thero & ej*  
*asscolis.*

Sed *judiciorum Dei abyssus multa*, quis ea perscrutari poterit.  
 Ego, quod mei instituti est, ad alia hujus anni gesta me recipio;  
 ac præcipuè ad enarrationem illustrissimæ victoriæ, quam hoc



Walterus  
de Pletten-  
berg, supre-  
mus Ordini  
Teuto-  
nici Magi-  
ster in Livo-  
nia, magnā  
victoriam  
contra Mos-  
cos obti-  
ner.

Ruffov. in  
Chron. Li-  
vonie.

Chytrans  
l. s. Saxon.  
ad hunc  
annum.

anno contra barbaras Moscorum copias aeternā cum laude retulit  
Walterus de Plettenberg, ex Nobili Westphalo supremus Ordinis  
Teutonici Magister in Livonia. Initium huic bello fecerat Joannes  
Moscorum Dux: quippe qui anno superiore cum prædatrici-  
bus copiis in Livoniam se injecerat; ac Dicecesin Dorpatensem,  
Rigensem, aliasque terras, citra omnem offensionis causam ferro  
& armis evastaverat. Provocatus hac injuriā Plettenbergius,  
cum Alexandro Lithuaniae Duce (qui & ipse à Mosco Socero suo  
non leviter offensus erat) contra communem amborum hostem  
sociali foedere se conjunxit: adscitōque peditum Germanicorum  
quater mille, nec minore equitum consimilium exercitu, in cam-  
pum hoc anno prodit; nihil dubitans, quin & promissæ Ducis  
Lithuani copiae propediem adfuturæ essent. Sed eam spem ino-  
pinò fregit & incidit amor Coronæ Regiæ. Lithuanus enim, cum  
ejusdem frater Joannes Albertus Poloniae Rex mense Junio extin-  
ctus esset; de Corona regali magis, quàm de foedere sociali cogi-  
tans, convertit iter in Poloniam, nullōque adducto milite frustra  
expectantem, suspirantēque belli socium iniquissimo tempore  
dereliquit. Neque tamen idcirco despondit animum Plettenber-  
gius, in Deo magis, quàm in militum suorum numero confisus.  
Primum igitur ardentissimis precibus Deo, omnium bonorum lar-  
gitori, expeditionem suam commendavit; atque, ut omnia felici-  
cius evenirent, ab Episcopo Dorpatensi benedictionem sacram sibi  
suisque copiis impertiri, demissè petiit. Hac autem acceptā, *Die  
Jovis post S. Bartholomei*, quæ tunc erat vicesima sexta Augusti, ma-  
gnis animis Moscorum fines ingressus est: & quem ibi consisten-  
tem reperit, quadraginta millium Russorum exercitum, non mo-  
dò fortiter aggressus fuit; sed etiam admirabili victoriā stravivit, ob-  
trivit, profligavit, amissis è suorum numero viris admodum pau-  
cis, nec magni nominis. Trium deinde milliarium itinere fugiti-  
vis institit, impedimenta ipsorum omnia in prædam abstulit, ur-  
bes & arces limitaneas diripuit vel incendit; ac denique spoliis lau-  
reisque circumfusus, triumphantem exercitum, quòd hic à ven-  
tris profluvio jam invadi cæperat, hiemandi & quiescendi causā in  
Livoniam reduxit. Cetera longēque illustriora, quæ ab hoc  
Achille Westphalo contra eosdem Russos admirabili fortitudine ge-  
sta sunt, ad annum proximè sequentem uberiùs exhibebo.

Inchoatur  
Monasteriū  
PP. Fran-  
ciscanorum  
in monte S.  
Jodoci  
propè Bile-  
feldiam.

Interim & hoc anno Patres Franciscani de strictiore Observan-  
tia novum in Dicecesi nostra Monasterium accepere beneficio  
Wilhelmi, Juliæ & Montium Ducis Comitisque Ravensbergici,  
qui sanctissimo huic Ordini propter singularem ejus integritatem  
ac vitæ Religiosæ studia maximopere addictus erat. Monaste-  
rium



rium hoc, quod modò Bilefeldiæ intrà muros conspicitur, primò cœptum & inchoatum est in monte S. Jodoci extra urbem; ejusdemque inchoandi licentia hoc anno data est ab Alexandro Pontifice: cujus Bullam, quòd à Schatenio\* jam pridem alibi producta sit, hìc omittere necessum fuit. Bullam hanc Wilhelmus Dux, & Monasterii Jodociani Fundator, sub initium anni sequentis tradidit Joanni de Nagel Paderbornensis Ecclesiæ Thefaurario, velut executori primario in literis Apostolicis nominato. Atque, ut nihil eorum prætermitteret, quæ in hujusmodi executionibus rite peragendis requiri solent; primùm Hermannò Episcopo nostro velut ordinario Bilefeldiensi, deinde etiam feriâ quintâ post festum Paschatis Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Paderbornensis humanissimè scripsit: velle se, Patribus Franciscanis in monte S. Jodoci Monasterium condere, licentiam id agendi ab Alexandro Pontifice jam obtentam esse, ac proinde etiam sperari à se, nec prudenter dubitari posse, quin & ipsi, quanti ipsorum interesset, ad hujusmodi pium opus consensum suum facillimis animis præbituri sint. Quod, cum ab utrisque perlubenter concessum & approbatum esset; antè dicti Patres per ætatem istius anni in montem hunc solenni ritu introducti sunt, præeuntibus Collegiatæ Bilefeldiensis Ecclesiæ Decano, Capitulo, Vicariis, Presbyteris, & Præfectis Ministrisque Ducalibus, uti Wilhelmus Dux & Fundator jusserat. Quì autem & quâ de causâ postmodum stationem in hoc monte captam rursus deserere & in urbem Bilefeldiensem se retrahere coacti sint, inferiùs ostendetur ad Annum Christi 1507.

Reperio & hoc anno insigne miraculum in Diocesi nostra perpetratum esse, beneficio & intercessione S. Modoaldi Trevirensis Archi-Episcopi, cujus ossa jam à quatuor seculis requieverant apud nos in Monasterio Helmershusano. Henricus Hagemans, Pastor in Herstelle (quod olim Heristallum Saxonicum appellavêre) gravissimâ corporis infirmitate diu pressus fuerat, atque itâ membrorum ac virium usu destitutus, ut in lectulo suo semetipsum versare, vel de loco in locum demovere non posset, nisi beneficio alicujus funiculi, de superiore tabula dependentis. Interea appetebat duodecima dies Maji, sancto Modoaldo sacra; In cujus pervigilio cum audiret, campanarum Helmershusensium æra solennissimè pulsari ad primas vespèras (favebat enim ventus, & locus alter ab altero non multum distat) conceptâ ingenti fiducia, quàm poterat ardentissimè, hunc Sanctum invocabat, inquit: *O Sancte Modoalde! amice Dei altissimi! oro te per sanctorum operum tuorum gloriosa merita? intercede pro me apud*

*Ex literis antiquis.*

*\* Schaten ad annum 1483. pag. 748. & seq.*

Henricus Pastor in Herstelle miraculosè curatur per invocationem S. Modoaldi, Patroni in Helmershusen.

*Hagiographi Antw. 10. 7. St. Maji, in appendice admiracula S. Modoaldi pap. 717. n. 21.*

*De.*



*Dominum nostrum IESUM Christum, ut eripiat me ab hac, in qua nunc versor, infirmitate maxima! Quòd si per tuam intercessionem à Deo gratiam sanitatis impetravero; voveo tibi, me semper, quàm diu vixerò, in pervigilio tui festi jejunaturum, diem ipsam, tuo nomini consecratam, perpetuò mihi sacram fore, atque eadem die unius talenti cereum à me in templo tuo oblatum et accensum iri. Finità hac oratione votòque edito, eodem vespere in lenem soporem incidit; alteròque mane de somno experrectus, nullum ampliùs dolorem aut morbum sensit. Itaque plenus gaudio surgit è lecto, gratias agit sancto, ad Ecclesiam parochialem advolat, hostiam salutarem Deo litat, beneficium, S. Modoaldi meritis impetratum, coram populo universo prædicat, & eodem die cum omnibus Parochianis suis pedestri itinere Helmershusium properans, ibidem lignea brachiorum suorum sustentacula, quibus remittente morbo nonnunquam usus fuerat, Sospitatori Deo sanctòq; Patrono suo cum summa gratiarum actione dedicat. Plura \*id genus alia etiam*

*\*iidem Hagiographi loc. cit. n. 22. & seq.*

*Monachorum Helmershusium licentiosa ac dissoluta vita.*

sequentibus annis prodigiosè ac divinitus ibidem accidere: certumque est, eo tempore Monasterii labentis accolis multò probiores fuisse, quàm ipsos Monachos in eodem existentes. Hi enim, sive seculi istius vitio, sive Abbatum suorum luxu & incurià, jam diu coeperant vitam exlegem agere. Et quia Bursfeldianæ Congregationi se adjungere, atque ab ejusdem Præsidentibus ad S. Benedicti præceptiones reformari detrectarunt: in eam denique morum licentiam ac dissolutionem devenere, ut post annos viginti quatuor, abjecto sui Ordinis & Catholice Religionis jugo, monasterium suum deseruerint, faventiora Lutheri dogmata ambabus manibus amplectentes; uti latius deducetur ad annum hujus seculi vicesimum quintum.

*reformatio Monasterii Corbejen- sis sub Hermannò de Bòmelburg Abbate.*

*Bucelin. in Benedicto Redivivo ad annum 1500.*

*ms. vetust. Corbej. ad hunc ann. \*Chron. Huxar. ap. Paullin.*

Eandem propè fortunam incurrisset Monasterium Corbejen- se, nisi hoc anno Hermannus Bòmelburgius Abbas propinquan- tem ipsius casum avertisset, introductà in illud reformatione Bursfeldiensi. Dominabatur istic, jam ab annis triginta & ampliùs, extrema rerum omnium egestas ac penuria: cujus non alia causa vel origo fuerat, quàm quòd antiqua pietas exularet, solutiq; Monachi pro suo libitu per agros & oppida sine lege & regula vagarentur; uti fusiùs declarat Wittehennius in Chronico \*Huxariensi ad annum 1470. Neque hunc malorum tantorum fontem ignorabat Bòmelburgius. At, quomodo eundem obturare & claudere, sine turbis ac seditione suorum posset, non satis ipsi in promptu erat. Aiebant enim se esse nobiles: & hac Nobilitatis suae \*nomenclaturà decepti, ut inquit Bucelinus, contendebant, non solum delicatius meliusque, sed etiam licentiosius haberi, quàm alii

alii aliorum  
natales  
Bòmelburgi  
mas inter  
à suis filiis  
dationis  
postpositi  
nasterii  
ejusdem  
formam  
à Bucelino  
at in velle  
diturque  
nem A  
Neque  
ipsum  
reducta  
dicit,  
optimam  
consister  
nebat c  
trinenn  
1504,  
ta quat  
lis We  
è coene  
quo h  
Francis  
nisi tem  
cuncta,  
potuit,  
me com  
quot m

I Oan  
nu



alii aliorum locorum Monachi, quibus natura parens humiliores natales dederat. jamque à multis annis dissimulaverat hæc bonus Bômelburgius, meliora semper sperans & exoptans: imò *lachrymas inter et suspiria* \*sedebat, *lentè contabescens præ mœrore animi sibi à suis filiis inusto.* Postremum verò, cum videret, nullam emendationis cupitæ spem superesse, & omnia quotidie in pejus ruere; postpositis omnibus obloquentium ac renitentium vocibus, monasterium hoc Bursfeldianæ congregationi submittere, & per ejusdem Commissarios ad severiorem observationum regularium formam adstringere, generosis animis aggressus est. Scio quidem, à Bucelino reformationem hanc referri ad annum præcedentem: at in vetusto Corbejensi manuscripto ponitur ad annum hunc, additurque, eam esse factam *per Abbates Hildesheimenses, Joannem Abbatem S. Michaelis, et Henningium Abbatem S. Godehardi.* Neque sanctissimis horum conatibus favor cælestis defuit. Nam ipsorum laudatissimo studio feliciter extirpatum est infelix lolium; reductaque vitæ religiosioris methodo, brevè rursùm Corbeja didicit, verum esse, quod eodem loco Bucelinus asserit, veram optimamque *generositatem in spiritu potius, quàm in carne et sanguine consistere.* Bômelburgius autem, tam prospero successu lætus, canebat cum Simeone sancto: *Nunc dimittis seruum tuum Domine!* ac trinennio post, laudabili fine regimen diuturnum clausit anno 1504, posteaquam Corbejensi Monasterio præfuisset annis triginta quatuor. Successit in ejus locum Franciscus de Ketteler, nobilis Westphalus, ex Perillustri Ketteleriorum familia genitus, & è cœnobio Liesbornensi ad Abbatialem infulam postulatus; de quo hæreticus temporum istorum \*scriptor ita loquitur: *Hic Franciscus summa cum gloria Prælaturæ dignitatem auspicatus est: et, nisi temporum iniquitas laudabili ejus proposito aliquando posuisset obicem; cuncta, quæ moliebatur, ad optatum finem perduxisset. Interim, quæ potuit, fecit, candore et industria in Ecclesiasticis æquè ac secularibus maxime commendanda. Bona siquidem distracta, vendita, oppignorata, aliquot millibus redempta, monasterio suo reddidit, disciplina monasticæ cultor.*

\*Bucelin.  
loc. cit. pag.  
11.

\*Erbenius  
in additionibus ad  
Chron.  
Huxar.  
apud Paul.  
lin. ad ann.  
1499.

Bômelburgius moritur triennio post: cui successit Hermannus de Ketteler, ex Liesbornensi monasterio postulatus.  
\*Erben. in addit. ad Chron.  
Huxar. ad ann. 1504.

## Annus Christi 1502.

ALEXANDRI VI. Pontif. 10. & 11.  
MAXIMILIANI I. Imper. 9. & 10.  
HERMANNI Admin. Pad. 4. & 5.

Joannes Moscorum Princeps, ulturus cladem, quam acceperat nuper à Magno Livonum Magistro Plettenbergio, per quadragesimam

Joannes  
Moscorum  
Dux, ægro-



ante Plettenbergio, celerissima incursione Livoniam vastat. *Russow. in Chron. Livon. part. 2. fol. 33. & seq.*

\*Bozius l. de robore bel. pag. 17. \*Russov. & Chytraeus loc. cit.

Plettenbergius, restituta sanitate, cum suorum paucis profligat hostilem exercitum, centum ac triginta millibus constantē.

*Bredembach in libro peculiaris. Rossov. Chytraeus, Bozius, & alii.*

gestimam hujus anni rursus irruit in Livoniam; eamque celeritate maximā, ac multo prius, quam Provinciae istius Proceres ad arma concurrere possent, foedissime populatus est. In eo transcursu barbaro, mulieres, virgines, adolescentes & pueri, ab iisdem pejùs habiti, quam ab ipsis Turcis haberi possent: auctorque est Russovius, tunc ab iis aut ferro caesa, aut in captivitatem abrepta esse, ad quadraginta hominum diversi sexûs & ætatis millia. Decubuerat eo tempore magnus Magister Plettenbergius; nec ægritudo corporis, quā oppressus erat, permiserat ipsi, in hostem ire. At ubi postmodum suis viribus restitutus est, jussit ocyus per omnes Livoniae & Curlandiae Provincias exercitum colligi: quem aliqui septem millia Germanicorum equitum\* & quinque millia Livonum; alii verò non nisi bis mille equites\* & sesqui mille pedites cum aliquot armatorum rusticorum turmis complexum volunt. Parvus revera numerus! & solum quasi manipulus militum, si cum innumera multitudine hostium collatus fuerit! & tamen cum istis, utcunque brevibus minutisque copiis, novus hic Achilles Deo magis, quam viribus humanis fretus, audacter movit in fines hostium; pervenitque tandem ad Plefcoviam, Russorum urbem limitaneam. Ibi, dum in loco plano, duobus circiter milliariis explicato, sua signa figeret; processit ingens Russorum exercitus, quem feruntur anteivisse triginta Tartarorum millia, futuro prælio viam apertura. Stupebat omnis Plettenbergii miles ad aspectum formidandæ hujus multitudinis. At ille nihil territus, posteaquam cordatissimā nervosâque oratione militum suorum animos non nihil accendisset, jussit illico dari signum pugnae, & Germanā Westphalâque fortitudine generosè in hostem iri. Primus incurrentium impetus extemplo factus est in antecedentes Tartaros; qui tamen facile, & sine magno sudore martio, disjecti sunt. Nam, ut primum contra eos continuus tormentorum fragoribus ardentius fulminari coeptum; gens illa tantum arcubus levibusque telis pugnare docta, continuo dorsum vertit, caesisque suorum plurimis, præcipiti fugâ salutem in pedibus & cursu equorum posuit.

Sed hæc initia tantum erant, & victoriæ difficilioris præludia. Fugatis enim Tartaris è vestigio succèdebat longè fortior Moscorum acies virorum\* propè centum, vel, ut alii volunt, nonaginta\* millium; quibus intimè constitutum erat, ut exercitui Livonum sese in modum coronæ quaquaversum circumfunderent, Namque Magnus Moscorum Dux (ut è duobus captivis, ante Plefcoviam acceptis, compertum erat) multitudine suorum fretus, voce admodum\* superbâ dixerat: *Non fore opus, inire pugnam*

\*Bozius loc. cit. \*Russov. in Chron. Livon. fol. 55. \*Russov. part. 2. fol. 54.

cum

eum adven  
duxisset P  
sum ipsa:  
circumcin  
agi. Ple  
ab ejusm  
omnem f  
nôrat, I  
inafuetu  
rum cast  
jam\* in  
cedere e  
ges auda  
acie obv  
terram p  
rum hol  
tationis f  
runturq  
tena mil  
ve equit  
toris ne  
tametfi  
hostem  
novam  
mus rec  
filia pac  
rum in  
pactus  
Ac  
victori  
ex illis  
taphra  
fum ru  
à se mu  
muner  
tenber  
ex equ  
litari v  
térque  
etiam  
ad aul  
Magn



eum adversario: parvam hanc equitum peditumque manum, quam adduxisset Plettenbergius, leviolem esse, quam ut praelio decertari queat cum ipsa: oportere, pauculos istos, velut ovium gregem ex omni latere circumcingi; ferroque postmodum et catenis graves ante se in triumphum agi. Plettenbergius igitur, ut ostenderet, se Leonem esse, nec ab ejusmodi canibus incinctum pertimescere; militem in primis omnem sollicitè componebat in pulchros ordines: & quia probe nôrat, Moscorum gentem adhuc ferendis tormentorum ictibus inasuetam esse, continuâ eorundem explosione adventantia ipsorum castra validissimè verberari jussit. Quo peracto, cum eos jam\* in fugam declinare, & percussis confusisque ordinibus retrocedere comperiret; fortissimas cataphractorum suorum phalanges audacter in hostem egit: perfractaque bis terte Moscorum acie obvios quosque more pecudum contrucidari, mactari, & in terram prosterni fecit. Prælium hoc, aut veriùs laniena devictorum hostium, (quæ Russovio auctore contigit in pervigilio Exaltationis sanctæ Crucis) duravit usque ad istius diei vesperum: ferunturque in loco pugnae cecidisse Russorum ac Tartarorum centena millia, desideratis ex parte Plettenbergii\* tantum uno alterove equite, & quadringentis peditibus, unius transfugæ ac proditoris nequitia\* interceptis. Post hanc victoriam Plettenbergius, tametsi nimia suorum fatigatione cognita, non auderet amplius hostem fugitivum insequi; adhuc triduo perstitit in loco prælii: novam utique pugnandi copiam facturum adversario, si quis animus redeundi foret. At ille amisso Moscoviæ totius robore, consilia pacis respicere maluit; brevi que post, quinquaginta annorum inducias cum Livonibus & eorundem invictissimo Ductore pactus est.

Admiratus autem insuperabilem Germanorum fortitudinem, victori suo Legatum cum obsidibus misit, rogavitque, ut unum ex illis ferreis hominibus (hoc enim nomine appellabat equites cataphractos) in quorum ferrata pectora Moscorum sagittæ incasum ruerent; curiositatis & spectaculi causâ ad se dirigeret: eum à se multis cum honoribus excipiendum, nec sinè magnis donariis muneribusque remittendum esse. Consensit ad hæc facilè Plettenbergius: retentisque interim obsidibus & Legato, misit ipsi ex equitibus loricatis virum aliquem, robore corporis & arte militari valentissimum, à vertice usque ad talos ferro inclusum, præterque enses & bombardam, quæ ab equi lateribus dependebant, etiam lanceâ bene longâ obarmatum. Is, ut primùm deductus est ad aulam Russicam, continuò ad se attraxit omnium Procerum & Magnatum oculos: utpote qui nunquam viderant id hominum

C

genus,

\*Bredenb.  
in lib. pe-  
culiari.  
Schaten in  
suis colle-  
ctaneis.

\*Bozius  
loc. cit.

\*Breden-  
bach, loc.  
cit.

Surius in  
comment.  
rer. gest.

Russov. in  
Chron. Li-  
von.

Joannes  
Moscoviæ  
Dux à Plet-  
tenbergio  
victore pe-  
tit, sibi mit-  
ti unum è  
suis equiti-  
bus cata-  
phractis.

Bredenb.  
in lib. pec-  
Schaten in  
suis collect.



Ejusdem e-  
quitis exer-  
citia, coram  
Duce & ejus  
Proceribus  
exhibita.  
*Auctores  
iidem.*

genus, velut ex chalybe & ære fufum. Demirantibus autem illis, quomodo sub hoc æris pondere, armorum tractandorum vis & agilitas esse queat; exhibendi militaris exercitii causâ, in apertam aream palatio Ducali proximam intromitti petiit: ibique primò equum alacerrimum, in quo sedebat, admirabili dexteritate huc illuc in omnem partem circumegit. Mox & galeam sive petasum capiti suo detractum, projicere cœpit in mediam aream: subitòque iterum cum equo suo longiùs retrocedens, ac deinde pleno cursu & exporrectâ lanceâ in petasum humi jacentem vectus, eundem rursus extremâ cuspide de terra levat, capitique suo agilitate stupendâ injicit. Paulò post exsertâ antrorsum lanceâ perniciosissimo cursu devolat in adversum parietem, non secus, ac si eundem infixio mucrone perforaturus esset: at ubi gressum illuc propiorem attulit, momento temporis revolvit equum, convertit lanceam, & veluti in hostes à tergo insequentes pugnaturus, nunc illi, nunc isti, simulatâ comminatione eam obversat intentatque. Demum verò, post multa alia ostensæ fortitudinis argumenta, concitato rursus equo in murum saxeam validissimo incurfu ruens, hastam ferream circumvolantibus undique fragmentis in frustra comminuit: simulque, ut omnibus palàm faceret, se hæc amissâ nondum penitus exarmatum esse; modò ensẽ ex latere, modò sclopum corripit, novis hostibus novo rursus armorum genere occurfurus.

Reliquæ  
laudes Plet-  
tenbergii,  
ejusdemq;  
mors anno  
1535.

\**Russow. in  
Chron. Li-  
von.*

Magistri  
Livoniæ à  
Carolo V.  
creantur  
Imperii  
Principes.  
*Russow.  
ibid.*

\**Russow.  
loc. cit.*

Hermannus  
Admini-  
strator hoc

Eo spectaculo mirificè delectatus Moscorum Dux, equitem hunc, bene largitèrque donatum, remisit Plettenbergio. Et hic deinde, ab omni Russorum invasione liber, ætatem reliquam in pace egit; interimque successores suos egregiis quibusdam ornamentis ac privilegiis auxit. Primum est quòd Livoniæ Magistros ab omni subjectione\* Supremi Borussiae Magistri, datis aliquot aureorum millibus, exemerit anno 1513. Alterum, quòd se suosque successores à CAROLO V. Imperatore, circa annum hujus seculi vicesimum primum, sacri Romani imperii Principibus adscribi commeruerit. Obiit anno 1535 in Dominica *Oculi*, quæ tunc erat vicesima octava Februarii: & ex nobilitate Westphalicâ, tam in Magisterio, quàm in adepta Principis dignitate, successores habuit Hermannum de *Bruggeney*\* conductum *Hasenkamp*, Joannem de *Reck*, Henricum de *Galen*, Wilhelmum de *Fürstenberg*, ac denique Gothardum de *Ketteler*, gloriosi istius in Livonia Ordinis extinctorem; quippe qui Lutheranam hæresin amplexus uxorem duxit, & ex pacto turpissimo sibi suisque posteris Curlandiæ Principatum reservavit.

De rebus nostris nihil aliud hoc anno reperi, quàm quòd Hermannus Archi-Episcopus & Ecclesiæ nostræ Administrator, con-

sen-



fentiente Decano & Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Huxariensis ad S. Petrum, curaverit ibidem erigi novum Beneficium Ecclesiasticum in Capella S. Hieronymi, fundatum à Domino Remberto Remberti, ejusdem Ecclesiæ Canonico & Scholastico. Quâ de re adhuc supersunt literæ, à Joanne Lofs, Hermanni Episcopi nostri in Spiritualibus Vicario generali datæ & consignatæ, quarum finis est: *Datum anno Domini millesimo quingentesimo secundo, ipso die S. Hieronymi Confessoris.* Ità Huxarienses, & qui in Corbejenfi territorio degunt, eo tempore adhuc agnoscebant Antistitem nostrum, uti suum ordinarium & dioecesanum: neque ab ejus jurisdictione sacra subtrahebant se, ut modò faciunt.

anno erigit  
novum Be-  
neficium  
Ecclesiasti-  
cum in ur-  
be Huxa-  
riensi.  
Ex tabula  
rino Vicarii  
Generalis  
Paderbor-  
na.

## Annus Christi 1503.

ALEXANDRI VI. Pontif. ultimus.

MAXIMILIANI I. Imper. 10 & 11.

HERMANNI Administrat. 5. & 6.

**R**aymundus Alexandri VI. Pontificis Legatus & Cardinalis Presbyter, postquam indulgentias jubilæi præcedente anno per superiorem Germaniam promulgasset; etiam hoc anno Brunsvicum, Bremam, Hamburgum, Lubecam, & alias regiones aquilonares adiit, non sinè magna suarum virtutum & facinorum præclarissimorum commendatione. Certè in urbe Lubecensi non modò feliciter extinxit funestam illam bellorum facem, quæ inter urbem hanc & Joannem Danorum Regem exardere cœperat; sed etiam singulari dexteritate suâ effecit, ut Christina Regis ejusdem uxor, quæ apud Svecos in Vastanensi Monasterio biennalem custodiam sustinuerat, libertati reddita ac maritali thalamo restituta fuerit. Advenerat autem Lubecæ sub festum \*Paschatis (quod hoc anno incidit in diem decimam sextam Aprilis) ibique mansit usque ad Kalendaras Maji; uti constat ex ejusdem literis \*à Cypræo editis, quarum finis est: *Datum Lubecæ, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio, Kalendis Maji, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Alexandri divinâ providentiâ Papæ, & seq. anno undecimo.*

Raymundus  
Cardinalis  
& Legatus  
Pontificus  
visitat Pro-  
vincias A-  
quilonares,  
Cranz. l.  
12. Me-  
trop. c. 30.  
Chytræus  
l. 5. Saxon.

\*Cranz.  
loc. cit.

\*Cypræus  
in Annal  
Ep. Sclesv.  
pag. 402.

Indè non multò post appulsus est in Westphaliam; auctorque est \*Kleinsorgius, quòd hoc anno in Marienfeldensi Monasterio fuerit, & ibidem solenne sacrum in altari maximo decantaverit. Similiter & apud nos monumenta vetera Dalheimensis Monasterii docent, Cardinalem hunc octavâ die Junii, nimirum feriâ quintâ

indèq; ve-  
nit in west-  
phaliam.

\*Kleins. in  
hist. ms. ex  
annotatis  
Marienf.



Pentecostes, ibidem pernoctasse: monstraturque adhuc viri tanti cubiculum, & supra januam depicta illius insignia cum hisce verbis:

\*feria stâ  
Pentec.  
\*Cardinalis.  
\*arma, seu  
insignia,

*Annis millenis quingentis cum tribus, atque  
Quintâ Pnema \*die dum sua dona dedit,  
Hic fuit Eximius Raymundus Cardine\*clarus:  
Hac jœvit cellâ, cujus et arma\*vides.  
Alexander eum Legatum destinat orbi,  
Hincque locum dotat munere magnifico.*

Confirmat  
bona Mo-  
nasterii  
dalheimen-  
in Diœcesi  
Paderana.  
Litera Ar-  
chivi Dal-  
heim.

Illud autem egregium ac singulare munus, quo Dalheimense Monasterium se ab ipso donatum prædicat, non modò consistebat in indulgentiis & peccatorum remissionibus: verùm etiam in eo maximè, quòd omnia Monasterii istius bona ac possessiones auctoritate Apostolicâ roborari; & si quis necessariarum solemnitatum defectus in iisdem acquirendis intervenisset, eadem auctoritate suppleri iusserit. Quâ de re adhuc supersunt hæc illius mandatoriaræ literæ, ad Hermannum Antistitem nostrum Dalhemii datæ:

**R**aymundus, miseratione divinâ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ et sanctæ Mariæ Novæ Presbyter Cardinalis Gurcensis, ad universam Germaniam, Daciam, Sveciam, Norwegiam, Frisiam, Prussiam, omnesque et singulas illarum provincias, civitates, terras, et loca, etiam Sacro Romano Imperio in ipsa Germania subiecta ac eis adjacentia, Apostolica Sedis de latere Legatus, Reverendo in Christo Patri Episcopo Paderbornensi, seu ejus in spiritualibus Vicario salutem in Domino. Ad ea, quæ pro piorum locorum commoditate acta sunt, ut firma perpetuò possint persistere, cum à Nobis petitur, favorem præbemus opportunum. Sanè dilectorum Nobis in Christo Prioris et Conventus Ordinis Canonicorum Regularium in Dalhem, vestra Diœcesis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim (postquam ipsi in locum prædictum, quem antea Moniales S. Benedicti tenuerant, ut juxta Ordinis Canonicorum Regularium instituta religiose et sub stricta observantia viverent, et Altissimo deservirent, translati fuerint) quàm plurima mobilia et immobilia bona, etiam possessiones et decimæ, interdum per piam donationem, interdum verò per emptiones et alios licitos contractus, ad idem Monasterium adducta, ac Prioris et Conventus prædicti industriâ acquisita extiterint, prout defacto illa tenent ac possident: Et sicut eadem petitio continebat, dicti Prior et Conventus, subtilitatum et apicis juris ignari, in acquisitione hujusmodi se timeant solemnitatem omisisse, unde etiam in conscientiis suis aliquando gravantur: et, si omnia præmissa Apostolicâ auctoritate confirmarentur cum opportuna defectuum supplementatione; profectò utilitas ejusdem Monasterii plurimum promoveretur, et tranquillitati conscientiarum suarum etiam consuleretur.

Nos

Nos igitur  
notitiam  
legationis  
quatenus  
metis; et  
et bona, i  
firmetis,  
qui fors  
rum et bo  
natorum  
auxilio ap  
modolibe  
sasticam  
synodalib  
ciali, cer  
cernimus.  
floritate  
præsente.  
Datum  
quingen  
sto Patri  
sexti, a

Po  
Rhenus  
ribus F  
Jacobus  
latino,  
ledixit  
mutuar  
næ cor

I  
octavâ  
dice, p  
dicari  
te ad ep  
perant  
fari Bo  
indulsi  
te filio  
Nam,  
ex vin  
nalibu



Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, cum de praemissis certam notitiam non habeamus, circumspectioni vestrae auctoritate Apostolica et legationis munere, quo fungimur in hac parte, per haec scripta mandamus, quatenus de praemissis omnibus et singulis in forma juris vos dilucide informetis; et (si vera sunt, pro ut narrantur omnia et singula) res, decimas, et bona, ut praesertim, quas et quae approbetis, ratificetis, et confirmetis, supplendo omnes et singulos defectus, tam juris, quam facti, si qui forsitan intervenerint in eisdem. Volumus etiam, quod vos in decimarum et bonorum praedictorum mantenentiam et conservationem, ac alienationum recuperationem praesatis Priori et Conventui efficacis defensionis auxilio assistendo, non permittatis eos contra Nostram confirmationem quomodolibet molestari, contradictores eadem auctoritate per censuram Ecclesiasticam compelescendo, non obstante quavis constitutione et ordinatione, in synodalibus et comprovincialibus communiter conciliis, generali vel speciali, ceterisque contrariis quibuscunque. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam Nobis inferiori, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. In quorum fidem praesentes literas fieri, Nostrisque Sigilli iussimus appensione communiri. Datum in Monasterio praedicto, anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo tertio, sexto Idus Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri, Domini Alexandri divina providentia Papa sexti, anno undecimo.

Postridie, quam has dedisset Cardinalis, Dalhemio rursus ad Rhenum abiit: ac demum exeunte Octobre, Principibus Electoribus Francofurti congregatis, nimirum Bertholdo Moguntino, Jacobo Trevirensi, Hermanno Coloniensi, Philippo Comiti Palatino, & Joachimo Brandeburgico, humanissimam orationem valedixit, eosdem iterum iterumque obsecrans, ut inter semet ipsos mutuam concordiam alerent, & laboranti Reipublicae Christianae contra infestas Turcarum invasiones auxilium ferrent.

Interea, qui eum miserat Alexander Pontifex, die decima octava Augusti in viam aeternitatis ierat, recepturus illic a Deo Iudice, pro ut gesserat hic in mortali corpore. Multum boni praedicari de eo non potest: utinam nec multum mali! sane, eum ante adeptos honores Pontificios cum Vanotia puella nobili intemperantius confuevisse; liberisque ex ea genitis, ac praesertim Caesari Borgiae (qui postea Dux Valentinus appellatus fuit) nimium indulgisse, toti orbi manifestum est. Ac forte hoc eodem insolente filio Deus uti voluit ad castigandam remissi Patris indulgentiam, Nam, ut plurimi Scriptorum\* referunt, causam suae mortis hausit ex vino venenato, quod ab eodem filio quibusdam aliis Cardinalibus praeparatum, & ex errore pocillatoris ipsimet Pontifici obla-

Dalhemio  
Cardinalis  
ad Rhenum  
proficiscitur;  
ac tandem  
exeunte  
Octobre,  
Principibus  
Francofurti  
congregatis  
valedicit.  
Trithem.  
to. 2. Chr.  
Hirsaug.  
Mortitur  
Alexander VI  
Papa, die 18  
Augusti.

\* Spondan.  
ad hunc  
annum.  
Foresti in

obla-



*vitis Pontificum.*  
*Gratian de casibus Pavor. illustr. & alii passim.*

Successit Pius III, & huic repente mortuo Julius II. Bertholdus Ep. Hildes. & Administrator Verdensis moritur die 24 Maji.

*Crantz. l. 12. Metr. c. 17.*

*Brusch in Catal. Ep. Hildes. Chytraus l. 2. Saxon. & alii.*

Successit Verdae Christoph. Brunsvic. Hildesii vero Eric. Saxo-lawenburgicus, \*Kerfenbr. in Catal. Episc. Paderbornæ sub Hermann. Cratepol. in Catal. Archiepisc. Colon. sub Hermann. Peltis hoc aō grassari coepit Paderbornæ.

\*Hec eo tempore colebatur die 13. Julii. \*ex archiv. Cathedr. Ecclesie.

oblatum fuerat. Successit autem Alexandro Pius III, dictus antea Franciscus Piccolominius, electus Romæ die 22. Septembris: & huic, intra mensem defuncto, Julius II, dictus antea Julianus Ruvorus, itidem electus Romæ Kalendis Novembris, in festo omnium Sanctorum.

Mortem utriusque summi Pontificis maturiore morte antevenit Bertholdus Episcopus Hildesienfis, & Ecclesie Verdensis Administrator, vir eximia prudentia præditus, eloquio gravis, atque, ut ait Bruschius, *omnium doctorum hominum amicus et fautor maximus*. Præfuit utrique Ecclesie summâ cum laude: & Verdensi quidem ab anno 1470; Hildesienfi verò ab anno 1481. Obiit Rotenburgi pridie Ascensionis Domini, die vicesimâ quartâ Maji; sepultusque est Verdæ in Ecclesia Cathedrali, quam annorum septendecim spatio præclarissimis ædificiis exornarat, ac deinde solenni ritu consecraverat anno 1490. Successorem accepit Verdæ Christophorum Brunsvicensem, Archi-Episcopi Bremensis Coadjutorem: Hildesii verò Ericum Saxo-Lawenburgicum, Metropolitanæ Colonienfis Canonicum. Sed hic eam dignitatem sequente anno rursus abdicavit, eaque in Joannem fratrem suum reclinatâ, ad Colonienfis Ecclesie Canonicatum rediit. Unde tamen quinquennio post Monasterium evocatus; & ibidem nobiliore, quæ tum vacabat, insulâ potitus est.

Inter has vicinorum Episcopatum vicissitudines Diocesis nostra Paderana sub tutela Hermanni Administratoris gaudebat hætenus pace tam jucundâ, *ut eo imperante, quemadmodum Kerfenbrochius & Cratepolius referunt, nemo hostilem animum in hanc terram declarare ausus fuerit*. Ab aliis tamen adversitatibus, quæ à cœli & aëris intemperie solent profluere, Diocesis nostra hoc anno libera & immunis esse non potuit. Nam, quæ ab anno præcedente universam penè Germaniam pervagata est pestilentia, ea nunc etiam in diversos Westphaliæ tractus infundi coepit: quam longè mitius (ut opinor) in his terris grassata sit, quam in aliis; ubi subinde tertiam, subinde mediam incolarum partem in tumultum deturbavit. In urbe Tremonienfi refert \* Westhovius, eam incolis bene multis exitialem fuisse. Quæ verò damna creaverit Paderbornæ, quot mortes & funera concitavit, nemo veterum videtur adnotasse. Certè huc etiam penetrasse malum istud, manifestò liquet è statuto Capitulari, quo Ecclesie Majoris Canonici, pestilentie grassantis causâ, licentiam dederunt omnibus residentibus, ut à festo S. Margarethæ \* usque ad S. Martini ad alia salubriora loca se recipere, interimque ab urbe & Choro abesse, sinè omni suorum Jurium fructuumque detrimento possent. Ecce hic statutum \* illud, è vernacula lingua redditum: Nos

Nos  
Sedis  
mensis  
Immesse  
\* Busch  
tius Nas  
Westph  
mur pub  
lentiam  
nis, qu  
alium t  
tinnque  
lubucit  
pestres i  
data su  
Churam  
persolv  
tamen  
reddem  
pituli n  
Domin  
nis.

Er  
Brunf  
genfer  
tex hel  
lege ad  
ficio  
autem  
bus ex  
culo,  
munit  
cis à p  
residen  
Non p  
habitu  
tu pest  
culi ex  
dentia  
ris int  
cus pr



**N**os Wilhelmus Westphalen \*Cathedralis Ecclesie Decanus, Theodo-  
 rus Westphalen Senior, Pancratius \*Westphalen Archidiaconus \*Germani-  
 Sedis Horbusane, Conradus ab Haxthusen Archidiaconus Sedis Steinbei-  
 mensis, Otto ab Oynhusen Archidiaconus Sedis Hoxariensis, Joannes ab  
 Immesen, Theodorus Westphalen Praepositus in Buxtorff, Ludolphus de  
 \*Busch Scholasticus, Hermannus Krevet, Nicolaus de Cloister, Lauren-  
 tius Nasschart, Fridericus ab Hörde, Philippus ab Hörde, et Fridericus  
 Westphalen Cantor, nunc temporis in praebendis nostris residentes, confite-  
 mur publicè in hoc scripto, quòd, cum doctores medicinae suadeant, pesti-  
 lentiam et locum, in quo ea grassatur, fugere propter periculum contagio-  
 nis, quae ex infectione loci et aëris facillimè contrahi, et ab uno homine in  
 alium transfundi solet: idcirco inter nos capitulariter conventum decre-  
 tumque sit, ut nobis residentibus antè dictis, et cuilibet nostrum, cui id al-  
 lubuerit, permissum ac licitum esse debeat, extra Paderbornam ad alios cam-  
 pestres idoneosque locos discedere, et ibidem permanere, à die, quo haec litera  
 data sunt, usque ad festum proximum S. Martini, citra neglectum et ja-  
 cturam proventuum ac fructuum suorum, qui iisdem promptè et expeditè  
 persolvi debent, perinde ac si hic ad fontes Paderae continuò resedissent: ita  
 tamen, ut in Exaltatione Sanctae Crucis oporteat eos interesse rationibus  
 reddendis de granario etc. In testimonium veritatis horum omnium, Ca-  
 pituli nostri Sigillum secretius hisce literis appendifecimus. Datum Anno  
 Domini millesimo quingentesimo tertio, in die Beatae Margaretae Virgi-  
 nis.

Erat eo tempore inter Ecclesiae Majoris Canonicos Ericus Dux, Ericus Dux  
 Brunsvico-Grubenhagius (qui postea Paderanam simul & Osnabru-  
 gensem infulam adeptus est) agebatque tunc Paderbornae primam  
 iuxta hebdomadarum residentiam, quam Canonici omnes ex veteri  
 lege ad amissum explere debent, priusquam ad percipiendos Bene-  
 ficiorum seu Canonicatum suorum fructus admitti queant. Haec  
 autem residentia Paderbornae semper tam severè ac rigide ab omni-  
 bus exigi solet, ut is, qui eam coepit, toto illo tempore in cubi-  
 culo, Cathedrali Basilicae contiguo, pernoscere, extra septa im-  
 munitatis Ecclesiasticae pedem non efferre, omnibus horis canoni-  
 cis à principio ad finem interesse; & si vel semel in his defecerit,  
 residentiam totam repetere, atque ab initio rursus exordiri debeat.  
 Non putabat Ericus Dux, huic rigori locum esse in eadem temporum  
 habitudine. Atque ideo, cum videret, Canonicos antè dictos me-  
 tu pestis ad alium salubriorem aërem commigrasse; ejusdem peri-  
 culi evitandae causâ aliquamdiu se retraxerat ab urbe & loco resi-  
 dentiae: planissimè confusus, interruptionem hanc à praesenti aë-  
 ris intemperie apud alios Canonicos excusatum iri. At illi mordi-  
 cus pro veteri lege & consuetudine stantes, denuo remisérunt cum  
 ad

Ericus Dux  
 Brunsvi-  
 centis de  
 Grubenha-  
 gen, Cano-  
 nicus Pa-  
 derborn. &  
 postea Epil-  
 copus pri-  
 mam resi-  
 dentiam  
 hoc anno  
 peragit Pa-  
 derbornae.  
 Ex veteri-  
 bus M. S.



ad novum aliud sesquimestre tyrocinum; neque prius admiserunt ad Capitulum & perceptionem fructuum Canonicalium, quam in explendâ hac mutilâ imperfectâque residentiâ dispensationem Pontificiam accepisset.

## Annus Christi 1504.

JULII II. Pontificis 1. & 2.

MAXIMILIANI I. Imper. 11. & 12.

HERMANNI Admin. Pad. 6. & 7.

Bellum Palatinum, ejusque origo *Trithem. to. 2. Chro. Hirsaug. Langius in Chron. Citz. Lintur. in append. ad Fast. temp. Palat. in aquila Austriaca, & alii.*



ermania superior ferè tota hoc anno in armis constitit propter bellum Palatinum. quod improspere excitaverat Georgius, cognomento *Dives*, Bavariae Dux è linea Landshutana. Obierat hic anno superiore; ac, priusquam terrenis rebus valesceret, hæredem omnium provinciarum suarum armatâ manu constituerat Rupertum, Philippi Comitis Palatini Filium tertio genitum: quippe qui Elisabetham filiam ipsius unicam tenebat in matrimonio, & ex ea jam susceperat unam alteramve prolem masculam. Supra modum tristabatur hac de re Albertus Bavariae Dux è linea Monachienfi. Et quia viribus infirmior erat, quam ut solus & sine aliorum auxilio posset fortiozem adversarium ex nido jam infesso pellere; ad æquitatem Cæsaris confugiebat, acerbè questus: *injuriam sibi factam esse à Georgio defuncto: ditiones ejus Ruperto Palatino transcribi non potuisse: obstare pacta familiae, jam pridem inter se ac Georgium Ducem inita: in his ab utraque parte cautum, et cum obligatione mutua conventum esse, ut, qui prior ex ipsis moveretur sine hærede masculino, ipsorum alteri ditiones omnes in Bavaria sitas relinquere, neque eas in alium extraneum transferre debeat.* Cæsar, his auditis, iudicium causæ traxit ad se; vocatisque ambabus partibus, nullum non movit lapidem, ut eas ad concordiam ineundam flecteret: At Rupertus, homo juvenis, ac divitiis à defuncto socero acceptis tumidus, non modò protervè subterfugit arbitrium Cæsaris; sed etiam scœpius amicè monitus, ac tandem inobedienciæ causâ Cæsareæ proscriptionis fulgetro percussus, rem suam ferro & armis committere maluit, quam prudentiæ & æquitati.

Rupertus à Cæsare proscribitur; & alii Imperii Principes contra eum ut rebellem convocantur ad arma *Auctores iidem.*

Tum verò Cæsar, ne supremam auctoritatem suam planè despici ac veluti sub pedibus haberi fineret; confestim omnes imperii Principes ad arma vocat. Et quia jam satè norât, Philippum Palatinum, Ruperti supra dicti patrem, eâdem rebellione implexum esse; jubet eos, divisis exercitibus in terras amborum ire. Præcipuum



puum belli robur ducebat Imperator ipse, cui præter Albertum Bavariæ Ducem aderat Ericus Brunsvicensis, & Fridericus Marchio-Brandenburgicus: certumque erat, victoriam penè totam in manibus ipsorum fore, si adventantes Bohemorum infidelium copiae ab iisdem prius obteri ac profligari possent, quàm Ruperto conductori suo se conjungerent. Cæsar igitur, ut viam his abscinderet, festinatis itineribus castra movit Ratisbonam; ibique eos ex improvise obruens, felicissimo \* conflictu stravit, ferè citius victor hostium salutatus, quàm bellandi initium faceret. In eo prælio Ericus Dux Brunsvicensis à devictis Hussitis \* principale ipsorum labarum, aurato calice insignitum retulit; illudque postmodum in Ecclesia Mündensi, ad Werræ & Fuldæ confluentem, velut æternum victoriæ monumentum appendi fecit.

Jam dimidium belli confectum erat, cum ista Bohemorum conjunctio successum non haberet. Quare & suum Cæsar exercitum subdivisit, alteramque illius partem reliquit in Bavaria contra ceteras Ruperti copias; alteram verò secum ipse in Palatinatum abstulit contra Philippum Ruperti patrem. Sed hîc non erat opus longiori Marte; nam eodem ferè tempore adhuc alii tres exercitus illuc ierant, Palatini terras à diversis lateribus invasuri. Primus erat Udalrici Ducis Würtembergici, quem cum viginti millibus peditem & octingentis equitibus venisse referunt. Alter Wilhelmi Hassiæ Landgravii, quem comitati sunt Henricus Dux Brunsvicensis, & Henricus Mecklenburgicus. Tertius erat Alexandri Comitis Veldentensis: si tamen ille exercitum adduxisse dicendus est, cujus copiae breviores erant, magisque rusticano agmini, quàm exercitui bene ordinato similes. Hi omnes, dum unà simul in Palatinatum ruerent, ita ibidem velut in hostico grassati sunt, ut nobilissima illa regio brevi tempore in luctuosissimam solitudinem conversa fuerit. Fumabant incendiis pagi, gemebant urbes murorum ornamentis denudatæ, cadebant in terram præcelsæ turres & arcium superbarum culmina, monasteria templaq; optima in cineres & favillas abière: non quòd cum iis gereretur bellum; sed quòd armati hostes intrà eorum septa se recepissent. Rupertus ipse, belli totius fax, intrà hos tumultus martios, unà cum Elisabetha conjugè sua, eodem anno extinctus est, relictis duabus vel tribus prolibus, quas parentum obstinatio infelices fecerat. Mirum interea, quâ benignitate & clementiâ Maximilianus Imperator usus fuerit, non solum erga prædictos orphanos; sed etiam erga Philippum Palatinum. Hoc enim devicto, & rebellionis\* admittæ venam postulante, continuo militem omnem à Palatinatu reduci jussit: severèque simul indixit Principibus belli sociis, ut in posterum ab inimicitis absti-

D

nerent;

Bohemi, à  
Ruperto  
conducti  
& accessit  
à Cæsare  
profligan-  
tur.

Auctores  
iidem.  
\* pridie 7-  
dus Sept.  
\* Ghytraeus  
l. 5. Saxon.  
pag. m. 138.

Ditiones  
Palatinæ à  
Cæsare ac  
tribus aliis  
exercitibus  
invadun-  
tur.

Trithem.  
to 2. Chro.  
Hirsau.  
Langius in  
Chron. Ci-  
tix  
Palat in  
Aquila Au-  
striacâ.  
Ghytraeus  
l. 5. Sax.

Rupertus  
cum uxore  
sua in his  
urbibus mor-  
tuitur.  
Auctores  
iidem.

\* Trithem.  
to. 2. Chr.  
Hirs. ad  
hunc ann.



p. 606. & nerent; & si quid amplius querelarum foret, ad comitia sequentis  
627. anni juxta receptam Imperii consuetudinem deferrent.

Terræ mo-  
tus in west-  
phalia.

Westphalia cum his turbis militaribus nihil commune habuit. In ea tamen duæ aliæ mutationes, perenni memoriâ dignæ, hoc anno contigerunt. Prima est insolita concussio vel tremor terræ, de quo manuscriptum Chronicon Dominicanorum Tremoniensium ita memorat: *Anno 1504, ipsâ nocte Bartholomæi Apostoli, terra motus factus est magnus in partibus Westphaliæ, et circa Rhenum, et Colonia, ita ut multa ædificia commoverentur, turres ac muri succuterentur.*

\*Westhov. Duravit autem hic terræ motus, teste \*Westhovia, per decursum  
in Chron. unius Psalmi quinquagesimi: neque ferè alia labe ex eo consecuta,  
Tremou. quàm quod orbis mensales, patenæ, scutellæ, aliæque hujus-  
ms. modi vasa stannea & cuprea (quæ à veteribus in interiore ac propatula domuum suarum parte ad splendorem exponi & ostentari è ligneo theatro vel suggestu siveverant) de superiore loco excussa, atque in terram dejecta fuerint. Altera eaque insignior mutatio

hoc anno consecuta est ex funere Joannis Steckii, Comitatus Tremoniensis in Westphalia possessoris achæredis ultimi. Vitam hic sinè stirpe virili clausit \*feriâ sextâ in Parasceve; ac triduo post, nimirum feriâ secundâ Paschatis, Tremonia in templo Minoritarum ante aram principem tumultatus est, comitante urbis totius Magistratu. Vacantem ejus comitatum, neglectis consanguineorum precibus, Maximilianus Imperator eodem hoc anno in feudum tradidit civitati Tremonienti: tum quia hæc jam à duobus ferè seculis medietatem istius comitatûs, quam à Comitibus prædictis emerat, clientelari beneficio possidebat: tum quia medietas altera, quæ tunc vacabat, ante omnes alios competitores huic urbi concedenda erat vi quarundam conventionum, gratiarum ac privilegiorum, de quibus Imperator ipse in diplomate infeudationis apud \*Westhovium hoc modo loquitur: *Posteaquam verò per obitum quondam Joannis Steck altera medietas ejusdem liberi comitatûs ad nos et Sacrum Imperium recidit, eaque vigore quarundam conventionum, gratiarum, ac privilegiorum, quibus ipsi consules et magistratus à nobis nostrisque decessoribus eum in finem communiti sunt, iisdem præ quovis alio adscribi et concedi debet; suppliciter ac demissè nos exorârunt, ut unâ cum dimidia parte jam ante habita, etiam residuam ejusdem liberi comitatûs ad partem, prout eam possedit quondam Joannes Steck, sibi in feudum tradere clementissimè dignaremur. Nos igitur, attentâ eorundem humili ac devotâ petitione etc. - - - Datum in aula nostra ante Kuffsteinium, die 12 mensis Octobris, anno post Christum natum millesimo quingentesimo quarto.*

Moritur  
Bertholdus  
Archiepisc.

Finem hujus anni funestavit inopina mors Bertholdi Archiepiscopi moguntini, Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ; cui dies decima

nona

nona D  
magna  
ptus, l  
& Ma  
ultimo  
vini fol  
genero  
coemen  
die 30 I  
politari  
ctum a  
rat, ej



térque  
Episco  
Archi  
fis, La  
Frider  
gesten  
è Prin  
tribus  
Georg  
Frider  
burge  
burge  
fatia,  
Frider  
les, U  
comit  
quæ e  
dem e  
fieret,



nona Decembris laudatissimæ vitæ filium incidit. Vir erat per-  
 magnæ auctoritatis & prudentiæ, ingenio acutus, eloquio prom-  
 ptus, laborum patiens, rerum experienciâ versatissimus, ideoque  
 & Maximiliano Imperatori cum primis charus. Ajunt, primo &  
 ultimo \*ipsius anno crevisse tantam vinorum copiam, ut mensura  
 vini solum constaret quatuor obolis; nec defuerint, qui ut novum  
 generosius acciperent, vinum vetus aut effuderint, aut murorum  
 cœmenta eodem effuso temperarint. Suffectus est in ejus locum,  
 die 30 Decembris ejusdem anni, Jacobus de Liebenstein, Metro-  
 politanæ Ecclesiæ Decanus: quem & Bruschius anno 1504. ele-  
 ctum asserit; etiamsi paulò antè per errorem calami vel typi refe-  
 rat, ejus decessorem obiisse anno 1505.

Moguntin<sup>9</sup>  
 Serar. l. 5.  
 rer. Mog.  
 Bruschi. in  
 Catal. Ar-  
 chiep. Mog.  
 Trithem.  
 to. 2. Chro.  
 Hirs. ad  
 ann. 1505.  
 \*Serar. loc.  
 cit.  
 Succedit Ja-  
 cob<sup>9</sup> de Lie-  
 benstein.  
 Ser. ibid.

## Annus Christi 1505.

JULII II. Pontificis 2. & 3.  
 MAXIMILIANI I. Imper. 12 & 13.  
 HERMANNI Administrat. 7. & 8.



Olonia Agrippina Maximilianum Imperatorem hoc  
 anno vidit in comitiis publicis, magno splendore ibi-  
 dem habitis, omniumque Ordinum concursu fre-  
 quentissimis. Cœpta hæc sunt ineunte Julio, præ-  
 tæque Cæsarem è proceribus infulatis aderant Hermannus Archi-  
 Episcopus Colonienfis, Ecclesiæ nostræ Administrator, Jacobus  
 Archi-Episcopus Trevirensis, Conradus Episcopus Monasterien-  
 sis, Laurentius Episcopus Herbipolensis, Georgius Bambergensis,  
 Fridericus Ultrajectensis, Christophorus Labacensis, Petrus Ter-  
 gestensis, Matthæus \*Gurcensis, Christophorus \*Chiemensis:  
 è Principibus verò sæcularibus Philippus Elector Palatinus cum  
 tribus filiis, Fridericus Elector Saxonicus cum Joanne fratre &  
 Georgio patruo suo, Joachimus Elector Brandenburgicus cum  
 Friderico patruo, Ericus Dux Brunsvicensis, Henricus Dux Lawen-  
 burgenfis, Wilhelmus Dux Juliacensis, Henricus Dux Mecklen-  
 burgenfis, Wilhelmus Landgravius Hassiæ, Joannes Comes Hol-  
 satiæ, Philippus Comes de Waldeck, Adolphus Comes Nassoviæ,  
 Fridericus Comes de Zollerem, aliisque Comites, Barones, Nobi-  
 les, Urbiumque & Ordinum Legati plurimi. Scopus istorum  
 comitorum præcipuus erat, belli prioris reliquias abolere, & si  
 quæ offensionum ac disensionum causæ adhuc superessent, eas-  
 dem ex æquo & bono confopire. Quod ut majori cum efficacia  
 fieret, Philippus Elector Palatinus, à Friderico Saxonix septem-

Maximilia-  
 nus Cæsar  
 Coloniz  
 celebrat  
 comitia pu-  
 blica.  
 Trithem.  
 to. 2. Chro.  
 Hirsang.  
 Brower. to.  
 Ann. Trev.  
 Survius in  
 \*Gurca  
 urbs Episc.  
 submetrop.  
 Salisburg.  
 \*Chiemen  
 germanicè  
 Chiemo  
 sen / urbs  
 Episcopalis  
 sub Me-  
 tropoli Sa-  
 lisburg.

Philippus  
 Palatin<sup>9</sup> re-  
 conciliatur

D 2 viro



Cæsari; & componitur pax inter ipsum & Albertum Bavarum. *Trith. 10. 2. Chron. Hirsaug. Palatius in Aquila Austr.* viro ad solium Imperatoris deductus, & coram eo in genua provolutus, demissè petiit, clementer agi secum, & criminis admissi veniam indulgeri. Hac autem impetratâ processum est ad leges pacis, conventumque in hos articulos: Philippus Elector amittat ac dimittat ea, quæ superiore Bello amissa sunt: Albertus Bavarus ditiones omnes, à Georgio Duce quondam possessas, ad suum Ducatum retrahat: Ruperti Palatini proles accipiat eam ditionum controversarum partem, quæ inter Danubium & Nabum fluvios ad antiquos limites Palatini dominatûs adjacet: atque has leges pacis adamussim observent omnes, quorum interest; neque plura possint vel accipere contendant sub gravissima pœna læsæ Majestatis.

Cæsar in bellû proficiscitur contra Carolum Geldrum. *Trith. 10. 2. Chron. Hirsaug. Brover. in annal. Tre. vir.* Colonia Cæsar à Philippo Filio in Geldriam evocatus est contra Carolum Egmondanum, turbatorem Belgii. Filius hic erat Adolphi Geldri, hominis impiissimi, qui Arnoldum patrem solâ dominandi libidine diuturnis in vinculis detinuerat: quique ideo ab eodem Arnolde \*patre suo non solum exheredatus; verum etiam avito Geldriæ Ducatu per bonorum omnium venditionem exutus fuerat. Ac tamen ab eo tempore Ducatus hic sub potestatem Principum Belgicorum venerit; Carolus tamen, mali patris peior filius, Geldriensium seditione in avitam ditionem sese iterum intromiserat; indeque cœperat Gallorum auxiliis toti Belgio infestus esse.

Dissimulaverat hæc aliquantulum Philippus Archidux, Belgarum Princeps. Tandem verò, cum inquietum illud caput à molestiis inferendis non desisteret, eundem justo bello adoriri statuit. Itaque primùm anno superiore in ipsum emisit Florentium Isselsteini-um; qui eundem in agro Dordracensi palantem occupans tam feliciter profligavit, ut ejus miles, loco humido ac gleboso constitutus, trepidissimâ in fugâ mille calceorum paria\* luto infixâ relinquerit. Mox etiam Philippus ipse per ætatem hujus anni in Carolum turbatorem prodit: & occupatâ Graviâ, quæ portas ultro aperuerat, repentino Marte \*Arnhemium circumfudit. Potuisset hæc urbs obsidionem bene longam ferre: sed ubi cives comperere, Maximilianum Imperatorem cum aliis Principibus in Geldriam advenire; ditione subitâ fortunarum suarum incolumitatem pacti sunt, oblati numeratisque florenorum aureorum octo millibus, quos Philippus Archidux viritim in omnes milites distribui jussit. Exemplum hoc è vestigio consecutæ sunt urbes aliæ, Harderovicum, Thiela, Bommelia, Hattemium, Elburgum, Doisburgum, Lochemium, Grolla, cum plerisque nobilium dominorum arcibus: neque dubium erat, quin Egmondanus eodem armorum cursu totâ Geldriâ fuisset ejiciendus, nisi blanditiis ac demissione fictâ ruentem impetum avertisset.

Arnhemium in adventu Cæsaris Philippo Belgarum duci se submittit, unâ cum aliis urbibus. *Haræus in annal. Braunovus loc. cit.* Au-



Audiêrat vir astutissimus, Isabellam Hispaniæ Reginam ex-  
eunte anno superiore defunctam esse; ideoque Philippum Isabel-  
læ generum, cum Joanna Coniuge sua in Hispaniam cogitare, ut  
ibidem accipiat coronam regni. Petita igitur fide publicâ, ad Phi-  
lippi genua se provolvit, inquit: *minimè se parem esse, qui bellum  
gerat cum tanto Principe: cupere se tantum, ut constituentur iudices ad  
examinandum utriusque jus; atque interea permittatur sibi, residuam Du-  
catûs parem retinere. Id si fieret, se cum Domino suo novo Rege in Hi-  
spanias profecturum esse; visurumque, ut ejusmodi comitatu honorario ad  
hoc iter sese comparet, qui Regi profecturo gaudium, et Hispanis, Germa-  
nicorum apparatus insuetis, admirationem pariat.* Credidit Philip-  
pus homini versipelli, præsertim quòd itineris Hispanici Comi-  
tem se futurum, non solum jure jurando; sed etiam (ut Haræus  
refert) *accepto\* sacratissimo Christi corpore confirmârit.* Apparantur  
ergo biennialium induciarum tabulæ, nullis temporibus observan-  
dæ. Maximilianus iisdem approbatis Coloniam revertitur; alte-  
ròque die ibidem omnes urbis campanas, veluti re feliciter gestâ,  
festivum resonare jubet. Philippus bonâ spe delinitus, reliquos  
anni menses consumit unicè in adornandis omnibus, ad intentum  
iter necessariis: ridente interim Carolo Geldro; & victorem suum,  
à quo debellari poterat, his officiis tam fabre ac vafre à se delusum  
esse, intrâ finum sui cordis applaudente.

Porro Hermannus Coloniensis Archiepiscopus & Ecclesiæ no-  
stræ Administrator, posteaquam Imperator Coloniâ rursus disces-  
serat, profectus est Arenbergam in Ducatum Westphaliæ: tum ut  
animum venatu oblectaret in silvis adjacentibus; tum ut rebus no-  
stræ diocesis è viciniore loco vigilantiorum oculum impendere  
posset. Ibi primùm à nobilibus de Wintzingerode paderanam  
partem castrî Kruckenbergensis & oppidi Helmershusani, quæ iis-  
dem oppignorata fuerat, mille centumque aureis redemit *die ve-  
neris post Ægidii.* Deinde in festo *S. Dionysii Martyris*, die 19 Octo-  
bris, Monialibus Augustinianis in *Brede* / propè muros Brakelen-  
sis oppidi, confirmavit omnes immunitates ac privilegia, à Simo-  
ne decessore suo olim concessa; uti docent sequentes tabulæ.

**H**ermannus Sanctæ Ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus, Sacri Roma-  
ni Imperii per Italianam Archi-Cancellarius, Westphalia et Angaria  
Dux, --- ac Administrator Ecclesiæ Paderbornensis, devota, Nobis  
in Christo dilecta, Rectrici, sororibus, et Conventui Domûs vallis Præsen-  
tationis Mariae de Brede nuncupati, ac propè oppidum Nostrum Brakel  
constituti, salutem in Domino sempiternam. Literas admissiois dicti  
vestri Conventus, ac Domus vestre regularis congregationis prædictæ, per

Carol<sup>o</sup> Gel-  
der dolose  
pacem im-  
petrat à  
Philippo.

Haræus in  
Annal.  
Brabant.

\*Haræus in  
annal. Bra-  
bant. ad  
hunc ann.

Philippus  
accingit se  
ad iter His-  
panicum, fi-  
dem fallen-  
te Geldro.  
suoyus l. 12.  
rerum Ba-  
tav.

Haræus &  
alii.

Hermannus,  
Ecclesiæ  
nostræ Ad-  
ministrator  
partem no-  
stram Kru-  
ckenbergen-  
sis, & oppi-  
di Helmers-  
husani, re-  
dimit à  
Wintzin-  
gerodis.

Litera Ar-  
chiv. Pa-  
derb.

Confirmat  
fundatione  
& privile-  
gia Mona-  
stetii Virgi-  
num in Bre-  
de.

Litera Ar-  
chiv. Ca-  
thedr. Eccl.  
Paderborn-  
colen.



colende memoria quondam Dominum Symonem, nostrum in dicta Ecclesia Paderburnensi immediatum predecessorem, de dato anni Domini millesimi quadringentesimi nonagesimi, die Luna, quinta mensis Aprilis, vobis per ipsum concessas, nobis nuper pro parte vestra, ad illas per nos de Capituli nostri et Archidiaconi loci dicta vestra Domus consensu ratificandum exhibitas et presentatas, per nos visas, sicut petiistis, ratas et gratas habuimus et habemus: eamque clausulam, quam ibi dictus noster predecessor vos et dictum vestrum Conventum ab omni impetitione temporali, omnibusque exactionis, petitionis, seu contributionis, per nos et Successores nostros imponendis oneribus perpetuo liberare et eximere voluit, aliis iuribus nostris et Ecclesia nostra quibuscunque penitus exceptis harum nostrarum serie literarum, de Capituli et Archidiaconi Ecclesia nostra predictorum consensu ratificamus, et perpetuo comprobamus. In cuius rei testimonium presentes literas nostri sigilli muniri iussimus et fecimus appensione roborari. Et Nos Decanus et Capitulum, ac Theodericus Varenfel Camerarius, loci Domus predicta Archidiaconus, in evidens testimonium premissorum et singulorum, sigilla nostra post Reverendissimi Domini nostri sigillum, supra dictis huiusmodi literis ratificationis eiusdem, in signum nostri consensu iussimus et fecimus respectivo appendi. Datum in castro nostro Arensbergenst, anno Domini millesimo quingentesimo quinto, ipso die sancti Dionysii Martyris.

Gravissime commoveatur contra Delbruggenses, multorum excessuum reos.

Ex literis Archivi Delbrug.

Implorant hi patrocini-um Capituli Cathedralis.

Ex literis Hermannii Administrato-ri in archivo Delbrug.

Eodem hoc tempore ab Hermanno Administratore cudebantur gravissima irarum & comminationum fulmina contra nostrae Dioecesis inquilinos in tractu Delbruggensi. Populus hic, potissima ex parte in ericetis locisque palustribus habitans, ab aliquot annis in eam agendi & exorbitandi licentiam venerat, ut nullam habitam ministrorum Episcopaliu reverentiam, justitiam pessundaret, leges violaret, tumultuosis vocibus in iudicium iret, innocentes divexaret, infirmiores opprimeret, factiones concitaret, aliaque non pauca ageret, unde non solum omnis boni regiminis everfio; sed etiam quotidianae partium turbae, verbera, percussiones, vulnera, homicidia, plurimaeque id genus mala consecuta fuerant. Commovebant haec acerrime Hermannii Principis iracundiam: certumque erat, eum in Delbruggenses non solum poenam pecuniariam; verum etiam supplicis corporum, exiliis, mutilationibus, & privilegiorum veterum abolitione animadversurum fuisse, nisi duo nobiles viri, Philippus & Joannes ab Hörde, consanguinei ac Dynastae in Boke, ruituram Principis indignationem salutari consilio praeventissent. Horum impulsu Delbruggenses, tempestatem suis capitibus imminentem fugituri, patrociniu quaesiverunt a Majoris Ecclesiae Capitulo, enixe deprecantes, ut sui causam Principem offensum adcant, eiusdemque permissu faciant, sibi ex tribus Ordinibus

Dioece.

Dioecesan-  
lensi castro  
audiant,  
da fuerit  
rum arbit  
re, ac de  
sentanean

Acco

drales, &  
helmum  
fticum,  
hufanae  
rarium:  
minos in  
ricum d  
nenses,  
burgent  
duodeci  
rium co  
lebr; ub  
rendaru  
tuor Co  
centius  
politam  
lemmer  
\*quaest  
fuum,  
pralect  
cipis ir  
cinoru  
reorum  
veneru  
ut offen  
tamen a  
Dolend  
noxarum  
recipi;  
Etionem  
fuerint

Ita  
pacifico  
fligend



Dioecesanorum statibus designari duodecim arbitros, qui non procul à Bo-  
kensi castro ad iudicium conveniant, Delbrugensium excessus et peccata  
audiant, pœnam exigant, et, quæ in posterum emendanda vel præcaven-  
da fuerint, ex equo et bono statuunt. Promittere se vicissim, quòd eo-  
rum arbitrio stare, pœnam exsolvere, inobedientes aut refractarios trade-  
re, ac denique novam iudiciorum suorum formam, suis Privilegiis con-  
sentaneam, cum approbatione sui Principis acceptare perlubenter velint.

Acceptârunt hanc petitionem Reverendissimi Domini Cathedrales, & obtento Principis annutu designârunt è Capitulo Wil-  
helmum de Westphalen Decanum, Ludolphum de Busch Schola-  
sticum, Pancratium\* de Westphalen Archidiaconum sedis Hor-  
hufanæ, ac Theodericum de Varenfel Cathedralis Ecclesiæ Came-  
rarium: ex equestri Ordine Philippum & Joannem ab Hôrde Do-  
minos in Boke, Bernardum seniore Dynastam in Büren, & Hen-  
ricum de Westphalen: ex urbibus patriæ duos consules Paderbor-  
nenses, quorum unus erat Ludolphus Schnërman; ac duos War-  
burgenses, quorum præcipuus erat Bartholdus à Geismar. Hi  
duodecim, feriâ tertiâ\* post S. Michaëlis, in congressum pacificato-  
rium coiverunt ante castrum Boke, in loco\* ab hoc conventu ce-  
lebri; ubi & ingens Delbrugensium turba convenerat, rerum ge-  
rendarum seriem præstolatura. Accusatores ipsorum erant qua-  
tuor Consiliarii, ab Hermanno Præsule nominati, nimirum Vin-  
centius de Schwanenburg Magister aulæ, Gaspar Reneke Metro-  
politanae Colonienfis Canonicus Presbyter, Arnoldus de Schor-  
lemmer Satrapa\* provincialis, & Petrus von Einß provincialis  
\*quæstor. Ab his omnium accusationum, delictorum, excel-  
suum, & prævaricationum capita Delbrugensibus longo ordine  
prælecta sunt; simulque incussus terror ingens ex denunciata Prin-  
cipis iracundia. Cùm autem iidem Consiliarii à prædictorum fa-  
cinorum publicatione procedere ulterius vellent ad prælegenda  
reorum supplicia; duodecim illi pacificatores quantocyus inter-  
venerunt, suspensâque pœnali sententiâ polliciti sunt, curaturos se,  
ut offenso Principi satisfiat. Delbrugenses quidem deliquisse graviter; sed  
tamen à suis culpis respiscere, ideòque et contumaces reputari non posse.  
Dolendum esse, quòd peccârint; gaudendum verò, quòd præteritarum  
noxarum pœnitentiam ceperint. Cupere eos, in gratiam offensi Principis  
recipi; paratòsque fore ad acceptanda omnia, quæ vel ad ipsorum corre-  
ctionem, vel ad innovandam iudiciorum Delbrugensium formam visa  
fuerint expedire.

Ità concilium illud hac die solutum est. Postea inter eosdem  
pacificatores actum de mitiganda pœna, Delbrugensibus reis in-  
fligenda. Postremò etiam per menses aliquot laboratum in con-  
ficien-

Ex cuius  
patrocinio  
designan-  
tur è statib<sup>9</sup>  
patriæ duo-  
decim arbi-  
tri.

Ex iisdem  
litteris.

\*germani-  
cè Tracht  
West-  
pfalen.

\*erat hæc  
dies 30 sep-  
tembr. sub  
littera Do-  
minicali E.  
\*Vulgò  
vor der  
Schlin-  
gen.

\*Land-  
Droste.

\*Land-  
Rento-  
meister.

auditisque  
Delbrugē-  
sium excel-  
sib<sup>9</sup>, promi-  
tiganda eo-  
rum pœna  
intercede-  
dunt.

Ex litteris  
Hermanni  
Administ.  
in archivo  
Delbrug.

Conficitur  
nova Del-

ficien-



brugenſiū  
judiciorum  
forma ex  
veteribus  
privilegiis,  
& ſequenti  
anno pub-  
licatur.

Ex literis  
antè dictis  
de aō 1506.

\*uff dem  
Keller-  
berge/ali-  
is Keller-  
brunct.

ficienda nova regiminis Delbrugenſis & judiciorum nationalium forma, antiquis ipſorum juribus conſentanea. Quæ deinde ſequenti anno ab Hermanno Antiftite confirmata; ac tandem à prædictis duodecim pacificatoribus die *Mercurii poſt Dominicam* 2. clam à Paſchate, quam appellant *Miſericordia Domini*, Delbrugenſibus omnibus, in clivo \*Relleriano congregatis, ſolemniffimè tradita ac promulgata eſt. Exemplar iſtius conſtitutionis Episcopalis aſervatur in chartulario Delbrugenſi. Et quia germanico ſermone ſcripta eſt, nec multum poteſt prodeſſe publico; fatiſ erit, ſolam ultimam illius partem, latinè redditam, hic adungere, quæ ita habet: *Atque, ut hæc ordinatio perpetuis temporibus ita obſervetur, Nos Hermannus Archi-Epiſcopus Coloniſis - - - et Eccleſiæ Paderbornenſis Administrator, pro nobis noſtris que in Diœceſi Paderana ſucceſſoribus, in teſtimonium huius rei, ſigillum noſtrum hiſce literis, cum filo ſerico rubri coloris, ab utraque parte per omnes paginas tranſmiſſo, appendi fecimus: ac ſubinde à Reverendis nobiſque dilectis ac devotis Decano et Capitulo Majoris Eccleſiæ Paderbornenſis flagitavimus, ut et ipſi eandem ordinationem et conſtitutionem ſigillo ſuo, quo ad cauſas utuntur, in ſignum conſenſus et voluntatis ſuæ communiant. Quod Nos Decanus et Capitulum ſuprà dictum, in ſignum conſenſus noſtri à nobiſ factum eſſe proſitemur. Datum die jovis poſt S. Gertrudis, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto.*

## Annus Chriſti 1506.

JULII II. Pontificis 3. & 4.  
MAXIMILIANI I. Imper. 13. & 14.  
HERMANNI Admin. Pad. 8. & 9.

Philippus  
Belgarum  
Princeps, in  
Hiſpaniam  
navigaturus,  
adverſa  
tempeſtate  
reſpicitur in  
Angliam.

Spondan.  
ad hunc  
annum.

Triſt. 10.

2. Chron.

Hirſaug.

Palat. in a-  
quila auſtr.

Hareus in  
annal. Bra-  
bant.



Annus hic ab initio infelix, ac tandem etiam fatalis fuit Philippo Belgarum Principi, Maximiliani Imperatoris filio. Solverat hic è portu Belgico poſtridie ſanctorum trium Regum, abiturus in Hiſpaniam cum Joanna conjuge ſua, Regni Caſtella- ni hærede. Et ecce! vix iter unius bidui emenſus erat, cum repente cælum inhorreſcere, claſſem ejus diſſicere, navium aliquas in Hiberniam, alias in extrema Scotiæ, alias aliorſum pellere, pro ut fortuna quamlibet ac pelagus iratum ferret. Philippus & Joanna poſt innumera vitæ pericula, Deo ſœpius invocato, ægre tandem in portum Anglicanum incurrerunt: unde non multò poſt ab Henrico Rege Windeforium invitati, & omni officiorum genere in Aprilem uſque detenti ſunt.

Re-



Reparatis ibidem navibus, rursus ingressi pelagus, prospere vento in Hispaniam pervenerunt exeunte jam Aprili. Tri-  
pudiabat in adventu suorum Principum tota Castilia; magnisque  
gaudiis collocabat eos in throno Regni, invito licet Ferdinando  
Rege, Philippi focero. Sed hoc gaudium brevi rursus in acerbos  
dolores conversum est. Vix enim Philippus Rex Coronæ Castel-  
lanæ commoda per unum alterumve mensē degustaverat; quan-  
do post lusum pilæ, ex potu frigida avidius haustæ, in morbum  
fatalem decidit, & septiduo post cum incredibili subditorum suo-  
rum luctu extinctus est Burgis in Hispania die 25. Septembris,  
anno ætatis suæ vicesimo octavo. Mortem ejus propè omnis Eu-  
ropa flevit, exceptâ Galliâ. *Erat enim Princeps, teste \*Palatio, ro-*  
*busius corpore, plenus pectore, concinnis membris, decorâ facie, virtuti-*  
*bus animi clarus, et gravitatem Regionum gressuum ingenuâ liberalitate*  
*mulcens.* Reliquit ex Joanna conjugē sex liberos, videlicet Caro-  
lum V. & Ferdinandum I. Imperatores; itēque filias quatuor,  
Eleonoram, Isabellam, Mariam, & Catharinam posthumam,  
omnes deinde variis Europæ Regibus in matrimonium datas. Cor-  
pus ejus tumulatum est in Hispania apud Burgos; cor autem ex  
ejus mandato ad Belgas missum, & (ut Haræus \*refert) Brugis  
in Flandria depositum est apud ossa Matris suæ, cum \*hoc epi-  
taphio:

*Urbes et populos, diversaque regna tenebam:*

*Spes dabat imperium, spes dabat orbis opes.*

*Si spes in quoquam, fuerat mihi gloria prima:*

*Heu! heu! quanta fuit spes mea, tanta jacet.*

Perversa quorundam hominum sceleratorum consuetudo est,  
ut, cum ædes aliorum ardent, ad incendia quidem currant: non  
tamen, ut auxilium afflictis præbeant; sed, ut ex eorum afflictio-  
ne, rapiendo ac deprædando, locupletiores fiant. Idem in hujus  
funeris eventu egit Carolus Egmondanus, Geldriæ Dux, quem an-  
no superiore ferè penitus devictum ac debellatum vidimus. Pro-  
miserat ille, se profecturum cum Philippo; sed, cum eundem erat,  
fingebat morbum. Biennales armorum inducias cum Belgio pa-  
ctus erat; sed, auditâ Philippi morte, continuo rursus his disruptis  
in Belgium irruit, Brabantiam invasit, Torholtum incendit, vi-  
cos & oppida infirmiora despoliavit, nihilque non egit, quo &  
suas fortunas erigere, & belli prioris damna reparare posset. Ac-  
cendebat audaciam ejus, quod auxiliares copias acciperet à Rege  
Galliæ; nec pupillis facile ad manum esset, qui ditiones Belgicas  
loco ipsorum regeret. Cæsarem enim, pupillorum avum, terre-  
bat memoria anni millesimi quadringentesimi octogesimi octavi,

Reparatis  
chelle non-  
satis ingres-  
sus iter, in  
Hispaniam  
venit; ibique  
concomitans  
Castiliæ  
Rex, cum  
ingenti om-  
nium do-  
lore mori-  
tur.

*Auctores  
vident.*

*\*Palat. loc.  
civ. n. 154.*

*\*Haræus in  
ann. brabant.  
\*Palat. in  
Aquila av-  
striaca.*

*Carol' Gel-  
der, auditâ  
Philippi  
morte, imp-  
tis induciis  
irruit in  
Brabantiam,  
Haræus in  
ann. Brabant.  
Sneyus l.  
12. rer. Ba-  
taviæ.*



\*Schaten,  
& Haraus  
ad annum  
1488.

Belgæ Cæ-  
sarem in-  
eunte se-  
quente an-  
no per Le-  
gatos ro-  
gant, ut pu-  
pillorum  
loco susci-  
piat guber-  
nationem  
Belgii.  
Haraus in  
ann. brabant.  
Snoyus l. 13  
rerum Ba-  
taviar.

Paderbor-  
na magnam  
partem gra-  
vi incendio  
conflagrat.  
Ejusdem o-  
rigo & pro-  
gressus.  
Ex vetusto  
codice ur-  
bis & curia  
Paderb.

\*germani-  
ce den  
schilberē /  
Kötterha-  
gen / gro-  
we / Koll-  
growe / de  
Kampic.  
\*Irenic. in  
exegeſi ger-  
man. l. 12.  
sub littera  
p.

quando in eodem \*Belgio à tutela Philippi filii per tumultum popu-  
li exclusus, & (quod longè indignius) in custodiam ferè quadri-  
mestrem Brugis in Flandria detrusus fuerat. Itaque ut hunc obi-  
cem auferrent Belgarum proceres, hinc à Geldro & inde à Gallo-  
rum incurſu trepidi; sub initium sequentis anni Legatos ad Cæsa-  
rem mittunt, qui & vicarium pro pupillis regimen ei deferrent, &  
veteris injuriæ plebæ veniam ab eo poscerent. Inter alios Hau-  
themius, Brabantia Cancellarius, nervosissimam orationem suam  
hac de re habitam ita claudit: *Indigent regales pueri tuo, Cæsar, auxi-  
lio; tremulâque id voce per nos eblandiuntur: injuriosa plebs præteriti er-  
roris culpam deprecatur: nos, et boni omnes maturando adventui tuo sup-  
plices insistimus: Deus Cæsarem venire jubet, natura subditorum flagi-  
tat, extrema rerum Belgicarum necessitas extorquet, seque id extorturam  
esse, planissimè confidit.* Motus hac oratione promisit, venturum  
se, cum primùm posset. Atque ut interea nihil rerum necessaria-  
rum omitteretur, Caroli nepotis informationem commisit Ha-  
driano Florentio, postea summo Pontifici; reliquam verò guber-  
nationem filia suæ Margaretae, Philiberti sabaudia Ducis reli-  
ctæ Viduæ.

Luctuosissimus etiam hic annus fuit urbi Paderbornæ, stra-  
gem admodum doloriferam passæ ab exitiali incendio, quo ferè  
quarta vel quinta pars urbis intrâ paucas horas in cinerem & fu-  
mum abiit. Natum est hoc incendium die S. Gertrudis, feriâ tertiâ  
post Dominicam Oculi, in platea sita ex adverso Forensis Ecclesie,  
vulgò dictæ *die Mark-Kirche*: auctôrque illius fuit homo aliquis  
emotæ mentis, qui ibidem ex phrenêsi decumbens in loco superio-  
re domûs imprudens insciensque accenderat fasciculum stra-  
minis. Inde flamma sub meridiem surgens, ab occidentali vento,  
qui tum afflabat, in orientem propulsa est versùs urbis Paderbor-  
næ curiam: consumptisque ædificiis omnibus, quæ interjacent, eo-  
dem incendio concremavit plateam \*Schilderensem, Kötterhagen-  
sem, Grovensem, Kolgrovensem, Campensem cum templo Mi-  
noritarum, & quidquid ædium post plateam Campensem est us-  
que ad urbis muros post Ecclesiam collegiatam sanctorum Petri  
& Andreae in *Bustorff*. Universim hoc ingente flammaram dilu-  
vio censebantur periisse trecentæ domus, & homines quinque.  
Meminerunt hujus incendii Franciscus \*Irenicus in exegeſi Ger-  
maniae, & Kleinsorgius in historia Westphaliae manuscripta. At  
nemo melius, quàm scriptor Synchronus, qui originem & pro-  
gressum ejus manu propria adnotavit in antiquo libro urbis ac se-  
natûs Paderbornensis: ex quo & ea, quæ modò protuli, in breve  
compendium traxi. Creverat autem hic ignis non solùm ab aspi-  
rante

rante ven  
superior  
multò p  
cœpta  
næ visu  
canales  
ponetur

Priù  
tur, Ho  
nostro D  
ren. Ja  
procul a  
Wolffen  
ab antiq  
constat  
riensis A  
infra sc  
Luchtrin  
Homborg  
ba Erbo  
no MD  
quem Pa  
ditum,  
cravit.



Conflu  
fiastico  
stra Ac  
gitudin  
nem à  
lebrata  
lio, an



rante ventorum flatu; sed etiam ab ingente aquarum penuria, quâ superior hæc urbis pars huc usque laboraverat. Atque ideo non multò post cum æterno omnium incolarum commodo fabricari cœpta est nobilis illa officina \*hydraulica, quæ modò Paderbornæ visitur, & immensam aquarum copiam ex urbe inferiore per canales subterraneos in urbem superiorem deducit, uti fufius exponetur ad annum 1523.

Prius autem, quàm Paderborna in hanc miseriam conjiceretur, Hermannus Ecclesiæ nostræ Administrator pro veteri jure nostro Diocesano consecravit novam Ecclesiam in oppido Beveren. Jacet hoc ad visurgim fluvium saltumque Solinganum haud procul ab Holtzminda, estque intrâ limites ditionum Brunsvico-Wolffenbutensium. Jurisdictio tamen spiritualis & Ecclesiastica ab antiquissimis temporibus ad Paderanam Diocesin pertinet, uti constat ex nostris \*veteribus chartis: quarum una ad sedem Huxariensis Archidiaconatus nostri assignat urbes, oppida, & pagos infra scriptos, nimirum *Höxer, Albaxen, Godelheim, Broickhusen, Luchtringen, Erckelen, Boifsen, Holtzminne, Oldendorp, Meinbersen, Hornborg, Heinhusen, Ottbergen, et Beveren.* Juvat hic addere verba Erbenii, qui de templi \*suprà dicti dedicatione ita scribit: *Anno MDVI, Hermannus Hassia Princeps, et Antistes Padaburnensis, quem Pacificum vocant, templum, Bevera à Brunone de Beveren conditum, ipso Vincentii die in honorem S. Joannis Apostoli solemniter consecravit.*

Hermannus  
Episcopus  
noster con-  
secrat Ec-  
clesiam pa-  
rochiale  
in Beveren.  
Erbenius  
apud Paul-  
lin. in ad-  
dition. ad  
Chron.  
Huxar.  
\*litera ve-  
teres Ar-  
chi. Pader-  
b.  
\*Erben.

## Annus Christi 1507.

JULII II. Pontificis 4. & 5.  
MAXIMILIANI I. Imper. 14. & 15.  
HERMANNI Administrat. 9. & 10.



um primùm depulsâ hieme succederet anni tempestas mitior, Maximilianus Imperator in urbe Constantiensi aperuit comitia publica; quæ Trithemio teste, à die 16. Aprilis tenuerunt usque ad exitum Augusti. Confluxit illuc magna Principum tam secularium, quàm Ecclesiasticorum frequentia; inter quos tamen Hermannus Ecclesiæ nostræ Administrator numerari non debet: quippe, qui itineris longitudine senioque præpeditus, misit illuc Oratorem suum, Joannem à Reichenstein Metropolitanæ Colonienfis Decanum. Celebratâ hinc primùm solennes exequiæ pro Philippo Imperatoris filio, ante annum defuncto; maximâque pompâ & apparatu lugubri

Cæsar Im-  
perii comi-  
tia celebrat  
Constantiæ  
Trith. 10.  
2. Chron.  
Hirsaug.  
Brower. in  
ann. Trev.  
Surius in  
comment.  
verum gest.



*\*Historia german. archiepisc. Mogunt. Deliberatū inibi de bello inferendo Venetis, quod minus feliciter anno sequente ceptum. Trithem. loc. cit. Brow. ibid.* bri adornatum Cathedrale templum, operante ad aram primariam Conrado *\*Episcopo Monasteriensi*, ex pervetusta apud nos Comitum Ritbergicorum prosapia. Consultatum post hæc non parvo tempore de bello inferendo Venetis, decretaque in eum finem octo equitum & viginti duo peditum germanicorum millia; sed nullo penitus tam diuturnæ consultationis, & machinationum in peregrino solo inchoatarum pretio. Prius enim, quàm Imperator sequenti anno in Italiam se infunderet, aditus omnes jam à Venetis præclusi erant: & parvæ illæ militum Germanorum copiarum, quas in agrum Cadoritanum intulit, facillè ab exercitu Veneto auxiliis Gallorum circumventæ, prostratæ, & in celerem fugam coniectæ sunt.

*Palat. in a. quil. austr. Carol. Gelder iterum infestat Brabantia, cum auxilio Gallorum. Hareus in Ann. Brab. Trithem. in Chron. Hirsauz. Surius palat. & alii. \*Thienen* Longè salubrius & sibi & Nepotum suorum felicitati consulisset, si dilato in tempus aliud bello Veneto, statim arma sua convertisset in auxilium Belgii. Interea namque (dum compararet se contra Venetos) Carolus Gelder, acceptis quadringentorum equitum & bis mille peditum Gallicorum auxiliis, non solum recuperat multas urbes, sibi ante biennium ereptas in Ducatu Geldria; sed etiam septembri mense rursus in Brabantiam involat, occupatque *\*Thinâ* (seu Tirlemontio) immensam ex hac urbe & regionibus circumsitis prædam abripit. Neque forsân adhuc fecisset rapiendi & prædandi finem; nisi Rudolphus Anholtenensis, exeunte jam Octobre à Cæsare missus, cum selectis Germanorum copiis advenisset.

*alius Tiv. semont. Hermann. Archiepisc. Colon. à Corbejensibus emit alteram partem oppidi Stadbergenfis. Erben. in Chron. Huxar. Monumenta Paderb. tit. Eresburgum n. 9. vid. Schaten ad annum 1230.* Spectabat hæc per quietem Hermannus Antistes noster, verè dictus *Pacificus*; interimque suarum Ecclesiarum commodis intentus, hoc anno singularem hanc fortunam habuit, ut Colonienfi Archi-Episcopatu suo per emptionem acquisiverit universum temporale dominium castri & oppidi Stadtbergenfis, quod Eresburgum dixere veteres. Locum hunc olim Corbejensi Monasterio donaverat Ludovicus Imperator, cognomento *Pius*. Post annos deinde quadringentos Hermannus I. Abbas dimidiam illius partem concessit *\*Henrico Archi-Episcopo*, successori S. Engelberti. Postremò & alteram ejus medietatem, quam Corbejenses hucusque retinuerant, Colonienfisibus hoc anno vendidit Franciscus Abbas, ex perillustri familia Dominorum de Ketteler. Successerat hic ante annos tres Hermannò Bômelburgio: statimque omnem sollicitudinem & industriam suam eò verterat, ut Monasterii labentis bona, quæ jam antè per vitam solutiorem vendita, distracta, & oppignorata reperit, in florem aut vigorem pristinum restitueret. At, cum ubique saccos vacuos & ærarium perforatum cerneret; necessarium huic malo remedium quæsiturus,

RUS,

rus, con  
eo ter m  
que par  
tera, ea  
licet in  
hanc pe  
verissim  
nostro,  
adhunc  
inquit,  
burgens  
retinere.

Mo  
stræ in  
bas, è  
Hensche  
Hunc W  
sibi char  
Flechto  
telam re  
rum me  
vigiliis  
cum eo  
lor! æt  
annis Ph  
lius, no  
etiam, e  
sacratiss  
secutus  
monaste  
ralibus  
verò (c  
num su  
meisteri  
uti suo  
Fel  
monaste  
quod ho  
mites, i  
monte  
boni Pa  
per ast



rus, confugit ad Hermannum Archi-Episcopum: acceptisque ab eo ter mille & quingentis florenis aureis, residuam oppidi castrique partem Coloniensi Ecclesie transcripsit. Superfunt adhuc literae, ea de re hoc anno datae *Marspergi* \*postridie S. Aegidii. Accipit in iisdem Conventus Corbejenfis reservavit sibi jus reluendi hanc pecuniam, locumque veterem repetendi; id tamen recte ac verissime, cum Ferdinando Fürstenbergio, literatissimo Antistite nostro, ad *Kalendas Gracas reservatum*, dixeris. Pulchre Erbenius ad hunc annum, in additionibus ad Huxariense chronicon: Anno inquit, *M.D.VII. vendunt Corbejenfes alteram partem civitatis Eresburgensis Hermanno Archi-Episcopo Coloniensi. Facilius est capere, quam retinere.*

Monasterio Flechtropiensi ejusdem Ordinis ac Diacesis nostrae in comitatu Waldecensi, praerat hoc tempore Jodocus Abbas, è coenobio Abdinghoffensi recentissime postulatus, *Vr*, ut Henschenius \*loquitur, *pietate, doctrinâ, et rerum usu ornatissimus.* Hunc Wilhelmus Hassiae Landgravius, Princeps pientissimus, ad eum sibi charum habuit, ut hoc anno ipsum, totumque Conventum Flechtropiensem, in perpetuam sui suorumque successorum tutelam receperit; solam animae suae majorumque ac posterorum suorum memoriam \*anniversariam, die decima nona Augusti cum vigiliis missisque defunctorum solenniter celebrandam, vicissim cum eo pactus. Verum hæc promissa Landgravii tutela, pro dolor! ætatem non longam vidit. Paucis enim post ejus decessum annis Philippus Landgravius, catholicissimi Patris dissimillimus filius, non modo veterem proavorum suorum fidem ejuravit; sed etiam, ex perversa Lutheri institutione, monachos omnes & eorum sacratissima asceteria implacabili semper odio, quam diu vixit, persecutus est. Unde etiam processu temporis evenit, ut insigne monasterium, invalescente Lutheranâ hæresi, primum in temporalibus ac spiritualibus gravissima damna sustinuerit; postmodum verò (cum nemo esset, qui cadenti religiosorum disciplinae manum supponeret) ob inquinatissimam vitam Balthasaris Haghmeisteri, Abbatis ultimi, penitus eversum ac dissipatum fuerit, uti suo loco memorandum est.

Felicius in istis Luthericarum novationum turbis perseveravit monasterium Patrum Franciscanorum de strictiore observantia, quod hoc anno Bilefeldiae, intra spiritualis nostrae jurisdictionis limites, inchoatum est. Coeperat id nuper erigi ante Bilefeldiam in monte S. Jodoci, uti supra explicavi ad annum 1501. Sed cum illo boni Patres brumali tempore molestissimis ventorum turbinibus, per ætatem verò iteratâ fontium & aquarum siccitate premerentur;

\* *Marsbergum, Stadberga, Martismons, & Eresburgum, nomina synonyma.*

Wilhelmus Hassiae Landgravius Monasterium Flechtropiense in suam tutelam recipit.

\* *Henschenius, 10. 2. ss. Junii, ante vitam S. Landelini pag. 1064. n. 9.*

\* *Henschâ, loc. cit.*

*Kleinsorg. in Hist. Westphal. ms.*

Sed hæc tutela brevi desit sub Philippo ejus filio, Lutherum novatorem secuto.

Conditur hoc anno Monasterium PP. Franciscanorum intra urbem Bilefeldiam.



tur; duæ perillustres familiæ de Wend & Quernheim, commiserationis affectu motæ, commodiorem iis locum intrâ oppidi Bilefeldiensis moenia largiti sunt. Superfunt hac de re tres donationum factarum tabulæ, quarum primis Lubertus de Wend, anno 1505. die 4 Decembris, cum consensu Annæ uxoris suæ pro construendo monasterio novo donavit ipsis medietatem curiæ suæ, dictæ *Der Wendenhoff* / in loco urbis dicto *Hagenbroick*: alteris Hermoldus de Quernheim anno 1506. in Dominica *Reminiscere*; tertiis verò Balduinus, Joannes, Reinerus, & Alardus de Quernheim, *feriâ 2dâ post Reminiscere*, iisdem Patribus transcripsere suam quisque partem *desertæ areæ, in loco Hagenbroick intrâ urbem Bilefeldiam sitæ*. Quæ

Julius Pontifex dat licentiam transferendi Monasterium ex vicino monte in urbem.

omnia cum à Wilhelmo Juliæ & Montium Duce, qui Ravensbergeni comitatu præerat, lubenter approbata essent; iidem Patres ad Julium II Pontificem hoc anno recurrerunt, suumque Monasterium è monte S. Jodoci in hanc urbem transferendi licentiam ab eodem impetrârunt hoc diplomate:

**J**ulius Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis, ----- salutem et Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecistis, quòd, cum aliàs dilectus filius, Nobilis vir, *Wilhelmus Dux Juliacensis et Montensis*, de propria salute recogitans, ac cupiens terrena in cœlestia, et transitoria in æterna, felici commercio commutare, de bonis à Deo sibi collatis, in monte S. Jodoci prope oppidum *Bilevelde Paderburnensis Diœcesis*, Domum vestram pro usu et habitatione perpetuis Fratrum Minorum, de Observantia nuncupatorum, cum Ecclesia, campanili, campana, refectorio, dormitorio, hortis, hortalicis, et aliis officinis necessariis, de licentia sedis Apostolica construi et adificari fecerit: propter ventorum tempore hiemali status, et aquarum pro usu vestro necessariorum tempore æstivo carentiam (cum illas propter loci montuosi altitudinem sine magna difficultate habere non possitis) in eadem observantiam et institutionem regulares dicti ordinis observando, non sine magno incommodo inibi habitare potestis. Quare pro parte tam vestra, quàm dicti *Wilhelmi Ducis*, nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis aliam domum in dicto oppido, ubi juxta regularia instituta dicti Ordinis vivere poteritis, construendi, vobis que ad illam vos transferendi licentiam concedere, ac aliàs statui vestro in præmissis opportunè providere, de bonitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui singulorum præsertim Religiosorum incommoditatibus, quantum in Domino possumus, libenter obviamus, eorumque commoditatibus consulumus, vestris ac dicti Ducis in hac parte supplicationibus inclinati, vobis, de licentia Vicarii Generalis dicti Ordinis desuper obtenta, aliam Domum in dicto oppido, quod (ut asseritur) à dicto monte ultra medium miliare Alemannicum non distat, ubi juxta regularia instituta dicti Ordinis vivere, et Verbum Dei Christi fidelibus ibidem commorantibus prædicare possi-

possitis, c  
tis, hortat  
stro et Fra  
ac structu  
canda, ap  
num nov  
auctoritat  
dem consi  
ca pro tem  
tibus, ex  
et indultis  
potiuntur  
futurum,  
tia indulg  
semper sa  
decessoris  
tium Fra  
re præsu  
expressar  
et aliis  
natione  
tudinibu  
antiqua  
et alia  
trum, s  
ca mille  
In  
Cathed  
à duab  
unà cur  
Præmo  
fiasticu  
rum ist  
esse ex  
burgic  
à secul  
fuerant  
ce, ad  
\*Alber  
ligiosu  
à tribu  
Everm



possitis, cum Ecclesia, campanili, cœmeterio, refectorio, dormitorio, hortis, hortaliis, et aliis officinis necessariis, sine alicujus præjudicio pro vestro et Fratrum dicti Ordinis usu et habitatione construi et edificari faciendi, ac structuras et edificia dictæ Domus antiquæ eidem Domui noviter edificanda, applicandi, et uniendo, nec non vos de dicta Domo antiqua ad Domum noviter edificandam hujusmodi transferendi, licentiam et facultatem auctoritate Apostolicâ tenore presentium elargimur. Et nihilominus eidem construenda Domui, postquam constructa fuerit, et vobis, et aliis in ea pro tempore degentibus Fratribus, omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, indulgentiis, et indultis, quibus aliæ Domus dicti Ordinis et illorum Fratres utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, et gaudere possitis, eadem auctoritate de speciali gratia indulgemus, jure parochialis Ecclesiæ et cujuslibet alterius in omnibus semper salvo. Non obstante felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri constitutione prohibente, ne quivis Ordinum mendicantium Fratres nova loca ad inhabitandum recipere, seu jam recepta mutare præsumant, absque sedis Apostolicæ licentia speciali faciente plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de prohibitione hujusmodi mentionem, et aliis Apostolicis constitutionibus, ac dicti Ordinis juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque: proviso, quod Ecclesia antiqua Domus hujusmodi ad profanos usus non redigatur, sed in ea Missæ et alia divina officia quandoque celebrentur. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die X Julii, anno incarnationis Domini millesimo quingentesimo septimo, Pontificatus nostri anno quarto.

In terris Brandenburgicis hoc anno Julius Papa duas Ecclesias Cathedralis, Brandenburgensem & Havelbergensem (itâ dictas à duabus urbibus Episcopalibus, Brandeburgo & Havelbergâ) unâ cum earundem Canonicis, qui hucusque Regulares Ordinis Præmonstratensis fuerant, à statu religioso ad secularem Ecclesiasticum Papali dispensatione\* transtulit. Videnturque Ecclesiarum istarum Canonici ad hoc petendum & impetrandum animati esse exemplo Canonicorum Raceburgensium in Ducatu Lawenburgico. Nam & hi\* à tempore B. Evermodi Episcopi, hoc est, à seculo Christi duodecimo, ejusdem Ordinis Præmonstratensis fuerant; & paulò ante hunc annum, dispensante summo Pontifice, ad Canonicorum secularium vitam pertransierant, uti refert\* Albertus Crantzius. In has autem tres Ecclesias Cathedralis religiosus Ordo Præmonstratensis, meo judicio, introductus fuerat à tribus olim Canonicis Ecclesiæ Capenbergensis in Westphalia, Evermodo, Walono, et Witgero, qui seculo duodecimo ad Raceburgensem

Canonici  
Cathedralium  
Ecclesiarum,  
Havelberg,  
Brandeburg,  
& Raceburg,  
à statu religioso  
ad secularem  
transeunt.  
\*Irish. 10.  
2. Chron.  
Hirsaug.  
\*Crantz. l.  
6. Metrop.  
c. 28.  
\*Crantz. l.  
12. Metrop.  
c. 18.



burgensem, Havelbergensem, & Brandenburgensem infulam accersiti sunt. De B. Evermodo (qui ex Canonico Capenbergensi primùm factus est Præpositus Magdeburgensis in Ecclesia S. *\*Crantz. l. 1. MARLÆ*) clarissimè id affirmat *\*Crantzius* ità scribens: *Erat autem Evermodus aliquando Præpositus Magdeburgensis: inde translatus ad Episcopatum Raceburgensem, Ordinem Præmonstratensem huc adduxit; permansitque is Ordo in Episcopatu et Capitulo ejus usque in præsentem diem.* De Walono autem & Witgero id apertè colligitur, partim ex regulari observantia, Havelbergæ ac Brandenburgi ab amborum temporibus usque in hunc annum custoditâ: partim ex vita B. Godefridi Comitis *\*Capenbergensis*, quæ, uti Evermodum ad infulam Raceburgensem; ità pariter Walonum & Witgerum ad Havelbergensem & Brandenburgensem, ab Ecclesia Capenbergensi assumptos asserit hisce verbis: *Anno Domini MCXXII Capistrum hoc Capenberg fit Domus Religionis. A quo tempore plures de Fratribus nostris, in diversis extra nos locis, Episcopatus, Abbacias, Præposituras, et dignitates alias sunt adepti. Episcoporum autem horum, quos ab Ecclesia nostra sic assumptos legimus, hæc sunt nomina: EVERMODOUS Raceburgensis Episcopus, WALONUS Havelbergensis Episcopus, WITGERUS Brandenburgensis Episcopus etc.* Similem translationem à statu regulari ad secularem Ecclesiasticum impetrârunt septennio post Canonici Cathedralis Ecclesiæ Salisburgensis. Nam & hi olim anno 1122, urgente *\*Conrado I.* Archi-Episcopo, amplexi erant Ordinem Canonicorum Regularium S. Augustini. At anno 1514, agente Matthæo Langio tunc Salisburgensis Archi-Episcopi Coadjutore, per dispensationem Pontificiam rursus ad statum Canonicorum secularium translati sunt. Qua de re apud Hanfizium *\*videri potest Bulla Leonis X. Pontificis, data Romæ anno millesimo quingentesimo decimo quarto, X. Kalend. Octobris.*

*\*Hanfiz. 10. 2. Germ. sacra pag. 216.*

*\*Hanfiz. l. cit. pag. 257 & sequent.*

## Annus Christi 1508.

JULII II. Pontificis 5. & 6.

MAXIMILIANI I. Imper. 15. & 16.

HERMANNI Admin. Pad. 10. & 11.

Cæsar imperiosè prospere transit in Italiam, brevique redit.



*\*Palatinus in Aquila Austriaca.*

Maximilianus Imperator, bello Venetos appetiturus, exeunte Januario Tridentum abiit. Ubi cum audisset, eos cum ingentibus Gallorum auxiliis occursum; aliquot peditum equitumque millia in provinciam *\*Cadoritanam*, velut in locum securiorem, transire jussit: ipse autem citatis itineribus in Germaniam relapsus est, ut inde con-

tra



tra vim hostium numerosiorem exercitum adduceret. Abeun-  
tem haud multò post consecuti sunt infelices duo nuntii: unus de  
clade militum \* relictorum in Italia, quos exercitus Gallo-Venetus  
inopino transitu circumvenerat: alter de periculis rerum perden-  
darum in Brabantia; cui Carolus \* Gelder, Francorum auxilio ful-  
tus, extremam perniciem intentabat. Utrique huic malo simul  
occurrere, non erat intrà vires & potentiam Cæsaris. Quare mis-  
sis aliquantulum rebus Italicis convertit iter in Belgium, ut nepo-  
tum suorum terras ab Harpyjarum Geldriensium unguibus defen-  
saret. Ibi Gallus, repente à Venetorum amicitia retrocedens, Im-  
peratori suggerit, ut ineat pacem cum Geldro; contra Venetos  
autem coëat secum in foedus quadruplum, quo ipsimet ambo, pa-  
ritèrque Pontifex & Hispanus, in eorum excidium se jungant.  
Placebat omnibus id consilium, locus ineundo foederi constituitur  
urbs Cameracensis, diriguntur huc Legati singularum partium.  
Cum Geldro mox convenitur, ut retineat ea, quæ recuperaverat  
in Ducatu Geldria: contra Venetos autem in commune statuitur,  
ut omnes quatuor unanimibus armis in eorum ditiones ruerent;  
neque priùs desisterent ab iisdem impugnandis, quàm foederato-  
rum quilibet recepisset omnes urbes & oppida, quæ sibi quondam  
ab iis erepta vel extorta fuerant. Atque hoc est famosum illud Ca-  
meracense foedus, quod hoc anno usque ad IV. Idus Decembris  
tam incredibilem taciturnitate confectum asserunt, ut Venetorum  
Proceres, quàm primùm rei gestæ fama ad aures ipsorum venit,  
fabellam potiùs quàm veritatem esse existimârunt.

Interea, dum ista fierent, successivè omnes Westphaliae Præ-  
sules per decursum præsentis anni in viam æternitatis abière. Cho-  
ream hanc mortualem ordiri cœpit Henricus Episcopus Minden-  
sis è familia Comitum Schawenburgenisium, *Vir* (ut ait Crantzius)  
*animi tranquilli, modestus, pacificus, et semper ita versatus sine querela,*  
*ut per annos triginta quinque sui Episcopatus nemini unquam \* detrimen-*  
*to fuerit.* Extremas testamenti sui tabulas absolvit breviter \* hisce  
verbis: *Corpus terræ, anima Deo, bona pauperibus et amicis commen-*  
*data sunt.* Obiit Petershagii in arce sua, die vicesimâ quintâ Ja-  
nuarii, in festo Conversionis Divi Pauli, sepultusque est Mindæ in  
Ecclesia Cathedrali. Successorem habuit sibi multum dissimilem,  
& ingenio magis inquieto præditum, Franciscum Brunsvicensem,  
Christophori Verdensis Episcopi & Coadjutoris Bremensis fra-  
trem; de quo surrogando jam antè cum Henrico ejus patre à qui-  
busdam Capitularibus actum fuerat.

Alter, quem hoc anno Libitina sustulit, est Conradus, è Co-  
mitum Ritbergicorum prosapia Episcopus Monasteriensis, & Ec-  
clesiæ

\* Palat. loc.  
cit.  
Spondan.  
hic n. 1.  
\* Hærens  
in Annal.  
Brabant.

Fœdus Ca-  
meracense,  
quo Ponti-  
fex, Cæsar,  
Gallus, &  
Hispanus,  
conspirant  
contra Ve-  
netos.

Palat. in a-  
quil. austr.  
Spond. ad  
hunc ann.  
Hærens in  
ann. brabant.  
Trith. to a  
chron. hirs.

Henricus  
Episc. Minden-  
sis mori-  
tur die 25.  
Januarii.  
Crantz. in  
append.  
Metrop.

wittius in  
chron. ms.  
Kleins. in  
hist. ms.  
\* Crantz l.  
12. metrop.  
c. 19.

\* Cratopol.  
in Catal. E-  
pisc. mind.  
succedit illi  
Franciscus  
Brunsvic.



Conradus  
Episcopus  
Monaste-  
riensis &  
Admini-  
strator Of-  
nabrugens-  
is moritur  
die 9. Febr.  
*chron. Mo-  
nast. ms.*

clesiæ Osnabrugensis Administrator, vir egregius, & prudentiâ, humanitate, pacisque studio nemini secundus. Præfuit Ecclesiæ Monasteriensi in annum undecimum; Osnabrugensi verò, quam priorem obtinuerat, in annum vicesimum sextum. Obiit Bevergernæ in Diocesi Monasteriensi, die 9. Februarii; ejusque cor Osnabrugæ, reliquum verò corpus Monasterii in Cathedrali Basilica tumulatum est cum hoc epitaphio, in appensa tabula descripto:

*Hæc ego Conradus contectus mole quiesco,  
Ritbergi comitum stemmata clara ferens.  
Romuleas arces ac celsa palatia Regum  
pervidi, mores tum varios hominum.  
Hanc sedem undecimum possedi lætus in annum,  
Principis Imperii functus honore sacri:  
Arces, Paule, tibi restaurans mœnibus altis,  
cetera structururus; sed cita mors vetuit etc.*

Succedit ei  
in Episco-  
patu Mona-  
steriensi E-  
ricus è do-  
mo Saxo-  
Lauen-  
burgica.

\*Crani?  
in initio  
appendicis  
ad metrop.

\*Chron.  
monast. ms.  
Et in Epif-  
copatu Of-  
nabrugensi  
Ericus Dux  
Brunsvi-  
censis.

\*chron. Of-  
nabrug. ms.

Qui eodem  
anno cons-  
firmatur à  
Pontifice,  
simulq; li-  
centiam ac-  
cipit reti-  
nendi Ca-  
nonicatum  
Ecclesiæ  
Paderb.

Monasterii ad vacantem ipsius Cathedralam die 24. Februarii postulatus est Ericus Saxo-Lauenburgicus, natus patre Joanne Lauenburgi Duce, matre\* Dorotheâ Marchionissâ Brandenburgicâ. Qui & eodem anno, die vicesimâ nonâ Octobris, cum egregio splendore Monasterium ingressus est; & sequenti anno in ara summa Basilicæ Cathedralis primam hostiam Deo obtulit, ministrantibus ejusdem\* ambobus fratribus; Joanne Episcopo Hildesienfi tanquam Diacono, & Bernardo Præposito Colonienfi tanquam Subdiacono. Contrâ verò Osnabrugæ pro Conrado mortuo delectus est Ericus Dux Brunsvicensis, Paderbornensi Ecclesiæ Canonicus, patre Alberto Grubenhagenensi, & matre Elisabethâ Waldencensi genitus. Hujus loco maluerant cives Joannem comitem de Rittberg, defuncti Antistitis ex fratre Nepotem: atque ideo, ut primùm audiit infana plebs, eligentium vota concurrisse in Ericum, furens ac fremens in plateas proruit\* & clamavit: *Nolumus hunc, sed Joannem Ritbergensem.* At Julius Pontifex, qui Ericum è Romano studio jam antè noverat, non modò postulationem ejus ratam & gratam habuit; sed etiam insuper suâ sponte, nullòque rogante indulgit ipsi, ut Paderbornensem Canonicatum cum Osnabrugensis Episcopatus infula conjungeret ac retineret, uti constat è subjecta hîc Papali Bulla:

*Julius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Erico, ex Ducibus Brunsvicensibus Electo Osnabrugensi, salutem et Apostolicam Benedictionem. Personam tuam, nobis et Apostolica Sedi devotam, tuis exigentibus meritis paternâ benevolentia prosequentes, illa tibi libenter concedimus, quæ tuis commoditatibus fore conspiciamus opportuna. Cum itaque nos hodie Ecclesiæ Osnabrugensi, tunc certo modo Pastore carenti, de*

*Persona  
accepta,  
providen-  
stris inde  
pore pro  
clesiæ Pa  
juxta Po  
jus sub  
gratioso  
nis, sus  
et pœnis  
quomodo  
quendum  
prio, no  
tiam, s  
provisio  
regimini  
seu major  
peris. C  
provent  
existima  
etiam u  
prius re  
constitu  
derburn  
aliâ robo  
obstanti  
tia dispo  
pterea n  
vis auct  
Canonic  
quis; s  
no homi  
tionis L  
bris, P  
VI  
victim  
chiepi  
Herm  
Admir  
regime  
Uriele*



Persona tua, nobis et Fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem consilio duxerimus auctoritate Apostolicâ providendum, præsciendo te illi in Episcopum et Pastorem, prout in nostris inde confectis \* literis plenius continetur: et sicut accepimus, tu tempore provisionis et præfectura prædictarum Canonatum et Præbendam Ecclesie Paderburnensis obtineres, prout obtines: Nos tibi, ut statum tuum juxta Pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, de alicujus subventionis auxilio providere, ac te præmissorum meritorum intuitu gratioso favore prosequi volentes, teque à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, à jure vel ab homine quâvis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existas, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, tecum, ut etiam, postquam in vim provisionis et præfectionis prædictarum pacificam possessionem, vel quasi, regiminis et administrationis dictæ Ecclesie Osnaburgensis, et honorum ejus, seu majoris partis eorum, assecutus fueris, ac munus consecrationis susceperis. Canonatum et Præbendam prædictos (quorum fructus, redditus, et proventus, viginti quatuor marcarum argenti puri secundum communem existimationem valorem annum, ut etiam accepimus, non excedunt) etiam unâ cum dictâ Ecclesia Osnaburgensi, quam diu illi præfueris, ut prius retinere liberè ac licitè valeas, Generalis Concilii et quibusvis aliis constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non dictæ Ecclesie Paderburnensis, juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus: decernentes, Canonatum et Præbendam prædictos propterea non vacare, ac irritum et inane, si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, proviso, quod Canonatus et Præbenda prædicti debitis propterea non fraudentur obsequiis; sed illorum congruè supportentur onera consuetâ. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. - - Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, octavo, octavo Idus Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

\* in aliis  
eodem die  
datis, qua  
super sunt  
Osnaburgi.

Vix ex literæ abierant in Westphaliam, cum iterum Libitinæ victimâ cecidère duo magni Præsules, Jacobus Liebensteinus Archiepiscopus Moguntinus, Ecclesie nostræ Metropolitanus; & Hermannus Hassus Archiepiscopus Coloniensis, Ecclesie nostræ Administrator. Prior horum, vir infirmus, post quadriennale regimen è vivis abiit die 15 Septembris: habuitque successorem Urielem à Gemmingen, Majoris Ecclesie Decanum, qui & altero

Jacobus de  
Lieben-  
stein Ar-  
chiepisc.  
Moguntin\*  
moritur, &  
successorè  
accipit  
Urielem de  
Gemmingen.



*\*Trith. to. 2. Chron. Hirs.* anno in Dominica *\* media quadragesima solenni pompâ consecratus est.* Posterior verò, uti reperitur in veteribus manuscriptis nostris, die vicecimâ septimâ Septembris vitam exiit Poppelsdorffii, tanto suâ apud omnes relicto desiderio, ut in ejus exequiis *Colonia et Paderborna* *\* omnia in luctu per aserbo fuerint.* Neque id mirum est ob illustrissima, quæ in eo constanter fulserant, Episcopaliū virtutum ornamenta. Nam, ut omittam, quòd assidue pacem coleret (unde & *Hermanni pacifici* cognomen retulit) erat Princeps apprime sapiens, mitis, religiosus, & erga inopes tam beneficus ac liberalis, *\* Cratep in catal. Arch. Colon.* ut nunquam aliquem è pauperibus vel *\* mendicis à se vacuum discedere passus fuerit.* In publicis Imperii comitiis, Augustæ, Wormatiæ, *\* Trith. to. 2 chron. hirs. ad hunc ann.* Norimbergæ, & alibi, sub horam prandii numerosior egenorum turba confluebat ad illius unius aulam, quàm ad omnes ferè Principum reliquorum curias; ideòque & in vulgo proverbium erat: *\* Trith. to. 2 chron. hirs. ad annum 1480.* *qui diversorium* *\* Coloniensis Archiepiscopi querit; ibi illud inveniet, ubi congregatam viderit multitudinem pauperum.* Nec minor erat ejus devotio ac rerum spiritualium cura. Nam præter quotidiana horarum Canonicarum pensa (quod ex more veteri *Breviarium* dicimus) recitabat omni die preces alias voluntarias, ab iisque decurrentis *\* vix unquam abstinebat; etiam eo tempore, quo præcipuis Imperii negotiis distentus erat.* His adjungebat meditationes aliquas cum ardentissimis orationibus de passione Domini, quas ejusdem rogatu scripserat Venerabilis Pater Theodoricus *\* à Monasterio*, ex Ordine S. Francisci de strictiore observantia vir sanctissimus. Divino etiam Sacrificio constanter intererat quovis die, nisi fortè per se ipsum ad aram facere, & æterno Patri agnum illum immaculatum suis met manibus immolare vellet. Consecrationes Altarium & Presbyterorum *\* frequenter obibat in persona propria; tametsi non deessent Antistites Vicarii, quibus id officium committere potuisset.* Coloniensi Ecclesiæ præfuit annis viginti octo: Paderbornensi per annos decem, eâ subditorum pace & exterorum formidine, ut intrâ decennium istud, Cratepolio *\* teste, nemo hostilem animum in terras nostras declarare ausus fuerit.*

In ejus locum susceptus est Coloniae Philippus à Daun Comes Obersteinius, Majoris Ecclesiæ Decanus, à Capitulo electus die 13. Novembris, & sequente anno solenni ritu consecratus. Paderbornæ verò eodem Novembri mense ex Capitulo nostri Cathedralis gremio postulatus est Ericus Brunsvico-Grubenhagius, jam antè electus & confirmatus Episcopus Osnabrugensis. Ante hujus postulationem unanimi consensu omnium *\* Canonicorum, inter quos & ipse Ericus erat, conventum est in hos articulos: primò* *\* littera co-* ut, quicumque eligendus foret, intrâ annum proximum acceptæ confirmationis, ret; neque ut omnem patui nostris minos perlem suum fortè postea ut habeat menta sicut Capitulum Anno Domini, hoc est Quâ que



mationis, non modò Presbyterum se, sed etiam Episcopum consecrari face-  
ret; neque ea in re dispensationem peteret, vel oblatam acceptaret. 2do,  
ut omnem adhiberet operam ad recuperanda bona, ab aliis Dominis Episco-  
patui nostro subtracta; neque pateretur, nostra Diocesis bona ad alios Do-  
minos pervenire, aut limites Diocesanos contrahi. 3tio, Ut Officia-  
lem suum nullo alio in loco, quàm intrâ Paderbornam habitare sineret, nisi  
fortè postea inter ipsum et Capitulum aliter conventum fuerit. Quarto,  
ut habeat aliquem suffraganeum, qui sollicitè ac sedulò curet, ne Sacra-  
menta simoniacè administrantur aut conferantur etc. Literæ hæ, quas  
Capitulationis vocant, à toto Capitulo subsignatæ, datæque sunt  
Anno Domini millesimo quingentesimo octavo, die veneris post S. Marti-  
ni, hoc est, die decimâ septimâ Novembris sub litera Dominicali A.

Quâ eâdem die\* etiam Ericus Episcopus, receptis, probatis-  
que hujusmodi articulis, per majora Canonicorum Capi-  
tularium vota ad vacantem Paderbornensis Ec-  
clesiæ infulam postulatus est.

Capitulationis in ar-  
chivo Ca-  
shedr. Ec-  
clesiæ.

Qui etiam  
ex conven-  
tione præ-  
via sequenti  
anno debu-  
it consecrari Epi-  
scopus.

\*ex veter.  
ms.

Maximilianus I. Imperator  
Erice Episcopi Paderbornensis  
Udovicus Callistrum Rex Castellæ  
oblectandus, Aprilis mensis comitatus Vercor in bellum  
ivit: nec multo post, Imperator anno Aldus, memo-  
tallimam ab his victoriam reportavit quæ in Mâg-  
oculis coram non parvis millibus. capto I. v. no. castris in-  
petator, signis militibus, contraxitque de impediendo pro-  
pè omnibus in illustriam partem acceptis. Et eadem tam in  
pavor disjecti exercitus reliquias in illis est, ut scilicet omnes, qui  
ex patris evasere, impunitè decesserunt. Quin & post V-  
Vencorum signis militum facere dactilant. Quin & post V-  
dorum proceres, tam inopari signis perit, tam agere  
le dactilant conditio de respiciendo totum in dactilant  
no; idcirco pallium in dactilant dactilant dactilant  
ad dactilant huiusmodi dactilant dactilant dactilant  
fere. In Gallis dactilant dactilant dactilant dactilant  
Bergomum, & dactilant, in dactilant dactilant dactilant  
Cerviam, Faventiam, & Ravennam, in dactilant dactilant  
Molan, Polignanam, Brundisium, Hydruntum, & alia man-  
tinas in dactilant dactilant; Cæsar dactilant dactilant dactilant  
lunum, Feltrinum, Vicentiam, ac P. taurinum; postuli-  
dactilant in dactilant dactilant dactilant dactilant dactilant  
dactilant vel dactilant. Quamvis vero ea in dactilant dactilant  
dactilant dactilant dactilant dactilant dactilant dactilant



ERI-



# ERICUS

Dux Brunsvicensis,  
PADERBORNENSIS ECCLESIAE  
EPISCOPUS XXXIX.

Annus Christi 1509.

JULII II. Pontificis 6. & 7.  
MAXIMILIANI I. Imper. 16. & 17.  
ERICI Episcopi Paderborn. 1.

Bellum  
contra  
Venetos  
ex fœde-  
re Came-  
racensi  
feliciter  
inchoatur à  
Rege Gal-  
lia.

Spondan.  
ad hunc  
annum n. r.  
2. & 3.  
Palat in A-  
quila Au-  
striaca pag.  
214 & seq.  
Progressus  
fœderatorum  
post victo-  
riam Galli-  
cam.

\*vulgò  
Brescia.

\*aliàs Pa-  
dua.



Udovicus Galliarum Rex, Cameracensi fœderi ante alios obsecundans, Aprili mense contra Venetos in bellum ivit: nec multò post, superato amne Adduâ, memoratissimam ab iis victoriam reportavit pridie Idus Maji occisis eorum non paucis millibus, capto Liviano exercitûs Imperatore, signis militaribus, tormentisque & impedimentis propè omnibus in illustrem prædam acceptis. Eâ clade tam insolitus pavor disjecti exercitûs reliquiis incussus est, ut ferè omnes, qui ex prælio evasère, turpissimè dilapsi fuerint, & sub infelicibus Veneto um signis militiam facere detrectarint. Quin & ipsi Venetorum proceres, tam inopinâ jacturâ perciti, jam agebant inter se desperata consilia de relinquendo totius terræ continentis imperio; ideoque passim urbes & oppida extractis præfidiis deferebant, arbitrati nunc sibi satis fore, si maritimum imperium retinere possent. Ità Gallus brevi tempore accepit Cremam, Cremonam, Bergomum, & \*Brixiam, urbes insubriæ: Pontifex Ariminum, Cerviam, Faventiam, & Ravennam, urbes Ecclesiæ: Hispanus Molam, Polignanum, Brundusium, Hydruntum, & alias maritimas urbes Apuliæ: Cæsar denique Goritiam, Tergestum, Bel-lunum, Feltriam, Veronam, Vicentiam, ac \*Patavium; potuissetque adhuc urbes multò plures obtinere, dummodo satis citò habuisset militem in Italia, qui easdem ab hoste vacuas potuisset introire, vel defendere. Quantum verò ea militis adducendi tarditas nocuerit Imperatori, ex ejusdem anni decursu patuit. Hinc enim

enim Ta-  
mansit:  
gotio in  
publica  
colligend  
spem eri-  
ne. Ac  
tate sita  
sio calva.

Hæ-  
mannus  
iret, in  
renorum  
Castrum  
in reden  
succeslo  
diocefa  
le aurei  
gratulat  
Imò &  
adhuc a  
rio detra  
riam sui  
dem Er-  
Dominio  
peractis  
multò p  
pedita e  
Julius  
derbu  
nente cle  
versa, i  
tuti, ad  
et pro ear  
mus. S  
ribus car  
nei, qui  
providet  
clestarum  
efferrant  
Herman  
stolicâ in



enim Tarvisium urbs cum regione adfita sub Venetorum dominio mansit: hinc Patavium, à Cæsareanis malè custoditum, facili negotio in potestatem Venetorum rediit: hinc afflicta ipsorum respublica optatissimam occasionem ac tempus habuit, non solùm recolligendi militem; sed etiam dejectos animos ad melioris fortunæ spem erigendi, cum ingenti rerum Cæsarearum damno & everfione. Adèò verum est, felicitatem bellicam ut plurimùm in celeritate sitam esse, juxta vulgatum illud: *fronte capillatâ pòst est occasio calva.*

Hæc rerum facies in Italia. Nunc ad nostra me recipio. Hermannus Ecclesiæ nostræ Administrator, cùm ante annum è vivis iret, in ærario Diœcesis nostræ adhuc reliquerat mille aureos florenorum Rhenensium: è quibus quadringenti infumendi erant in Castrum Krukenbergense prope Helmershusium; reliqui autem in redemptionem Castrum Beverungensis. Hanc pecuniam Ericus successor ejus, pro impetranda confirmatione sua, sibi à statibus diœcesanis aliquantisper commodari petiit; eâ lege, ut iudem mille aurei quantocyus reciperentur ex dono gratuito seu pecuniis gratulatoriis, confirmato Episcopo à tota Diœcesi donari solitis. Imò & restitutione istâ non contentus, libere ac sponte voluit, adhuc alios trecentos florenos aureos ex eodem dono gratulatorio detrahi, & applicari ad anniversariam perpetuamque memoriam sui decessoris Hermanni Archiepiscopi; uti constat ex ejusdem Erici \* literis, Paderbornæ hoc anno datis, die Martis post Dominicam Invocavit, hoc est die \* vicefimâ septimâ Februarii. His peractis, pecunia Romam transmissa, & Erici confirmatio non multò pòst, nimirum die vicefimâ Aprilis, à Julio Pontifice expedita est in hunc modum:

**J**ulius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Erico, Electo Paderburnensi, salutem et Apostolicam benedictionem. Divinâ disponente clementiâ, cujus inscrutabili providentiâ ordinationem suscipiunt universa, in Apostolica dignitatis specula, meritis licet imparibus, constituti, ad universas orbis Ecclesias aciem nostræ considerationis extendimus, et pro earum statu salubriter dirigendo Apostolici favoris auxilium adhibemus. Sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis Pastoribus carere intuemur, ut eis juxta cor nostrum Pastores præficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam, et providentiam circumspectam salubriter dirigant et informant, ac bona Ecclesiarum ipsarum non solùm gubernent utiliter; sed etiam multimodis efferant incrementis. Sanè Ecclesiâ Paderburnensi, quam bonæ memoriæ Hermannus Archiepiscopus Coloniensis ex concessione et dispensatione Apostolicâ in administrationem, dum viveret, obtinebat, cessante administratione

Cæsari  
multùm  
nocuit tar-  
dior adven-  
tus militum  
Cæsareorù,  
Spondan.  
ibid. n. 5.  
& 6.  
Palatius in  
Aquila An-  
striaca.

Fundatur  
Paderbor-  
næ memo-  
ria Her-  
manni Ad-  
ministrato-  
ris defun-  
cti.

\* litera Ar-  
chivi Ca-  
thedr. Eccl.  
\* Pascha. e-  
nim hoc  
anno erat  
die 8. Apri-  
lis. sub lite-  
ra Domi-  
nicali G.  
Julius Pon-  
tifex con-  
firmat po-  
stulatio-  
nem Erici  
Brunsvi-  
censis ad E-  
piscopatum  
Paderbor-  
nensem.  
ex Archiv.  
Cathedr.  
Eccl.

tione



tione huiusmodi per obitum eiusdem Hermanni Archiepiscopi, qui extra Romanam curiam debitum naturæ persolvit, adhuc eo (quo, dum idem Hermannus Archiepiscopus eidem Ecclesiæ in Administratorem deputatus extitit, vacabat) modo vacante: Nos verum et ultimum dictæ Ecclesiæ vacationis modum, etiamsi ex illo quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultaret, præsentibus pro expresso habentes, et ad provisionem eiusdem Ecclesiæ celerem et felicem, ne longæ vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem (quam de præficiendo eidem Ecclesiæ personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus) diligentem; demum ad te Eledum Osnabrugensem, de illustri Ducum Brunsvicensium genere procreatum, quem dilecti filii, Decanus et Capitulum dictæ Ecclesiæ in Episcopum Padeburnensem concorditer postulârunt, consideratis grandium virtutum donis, quibus personam tuam illarum largitor altissimus multipliciter insignivit, et quòd tu, qui Ecclesiæ Osnaburgensi hæcenus laudabiliter præfuisi, scies et poteris Ecclesiam ipsam Padeburnensem salubriter regere feliciter gubernare, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus dictam meditatione pensatis, de personæ tuæ, nobis et eisdem Fratribus ob tuarum exigentiam meritorum accepta, eidem Ecclesiæ Padeburnensi de ipsorum Fratrum consilio auctoritate Apostolicâ providemus, teque illi præfimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius Ecclesiæ Padeburnensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenariè committendâ. Ità tamen, quòd propter hoc dictæ Ecclesiæ Osnaburgensi præesse non debeat; sed etiam, postquam munus consecrationis ratione dictarum Ecclesiarum seu alterius earum susceperis, ac pacificam possessionem, vel quasi regiminis et administrationis dictæ Ecclesiæ Padeburnensis ac honorum eiusdem seu majoris partis eorum assecutus fueris, utriusque earundem, Padeburnensis et Osnaburgensis Ecclesiarum, verus Præsul et Pastor existas, firmâ spe fiduciaque conceptis, quòd, dirigente Domino actus tuos, præfata Ecclesia tua Padeburnensis per tuæ circumspèctionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Fugum igitur Domini, tuis impositum humeris, promptâ devotione suscipiens, curam et administrationem prædictas sic per te, vel alium, seu alios, exercere studeas sollicitè, fideliter, et prudenter, quòd ipsa Ecclesia Padeburnensis gubernationi provideo, et fructuoso Administratori gaudeat se commissam, et odor tuæ bonæ famæ ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur; tuque præter æternæ retributionis præmium nostram et Apostolicæ sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nono, duodecimo Kalendas Maji Pontificatus nostri anno sexto.

Not  
plomate  
fuerat in  
persona tu  
scopum et  
usitato,  
vè postu  
torem al  
Episcopi  
plomate  
rundem,  
Pastor ex  
ris, tan  
scripsit:  
Episcopi  
cus ac in  
insigni  
exhibito  
tistibus  
stat ex  
Dei grat  
vicentis  
tum\* su  
gentesim  
sub liter  
Pos  
gressum  
eam po  
Lünenb  
Episcopi  
die vice  
utar, s  
père Ci  
splendo  
cundiff  
tur eum  
de ad  
aliisque  
peracto  
inter ch



Notâ singulari dignam est, quòd Julius Pontifex in hoc diplomate utatur iisdem omnino verbis, quibus ante annum usus fuerat in diplomate provisionis Osnabrugensis, nimirum his: *de persona tua eidem Ecclesia --- providemus, teque illi præficimus in Episcopum et Pastorem etc.* Quo loquendi modo, semper hæcenus in usitato, satis apertè indicat, Ericum ab utraque Ecclesia successivè postulatum, non solum fore Episcopum unius, & Administratorem alterius (ut hæcenus in usu fuerat) sed verè ac simpliciter Episcopum & Pastorem utriusque. Id quod inferiùs eodem diplomate adhuc apertius indicat hisce verbis: *ita, quòd utriusque eorundem, Paderbornensis et Osnabrugensis, Ecclesiarum verus Prasul et Pastor existas etc.* Unde & Ericus hic sese passim in omnibus literis, tam Paderbornensem, quàm Osnabrugensem Episcopum scripsit: adeoque primus omnium (ut opinor) fuit, qui sub uno Episcopali nomine & persona geminas Dioceses copulaverit; secus ac in Ecclesia hucusque receptum fuerat. Lætus igitur tam insigni concessione per ætatem hujus anni Paderbornam rediit; exhibitòque diplomate Pontificio, juramentum, à confirmatis Antistitibus requiri solitum, Capitulo Paderbornensi præstitit, uti constat ex ejusdem literis, quarum initium & finis est: *Ego Ericus, Dei gratiâ Ecclesiæ Paderbornensis Electus et confirmatus, Dux Brunsvicensis etc. --- Sic me Deus adjuvet, et sancta Dei Evangelia. Datum\* sub meo sigillo secreto, anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo nono, sabbatho post Petri ad vincula, hoc est, die 4. Augusti sub litera Dominicali G.*

Post hæc Ericus apparatu maximo se accinxit ad solennem ingressum, proximè celebrandum Osnaburgi. Concurrerunt ad eam pompam illustrandam, unà cum Philippo ipsius fratre, Dux Lünenburgensis, multiq̄ue Comites, Nobiles, & vasalli. Ab his Episcopus, inter Duces antè dictos medijs, in urbem deductus est die vicesimâ sextâ Augusti, vel, ut verbis chronici Osnabrugensis utar, *septimo Kalendas Septembris* in Dominica. Venientem excepere Cives in sua signa distributi, raròque vestium & armorum splendore conspicui, intersonantibus tubicinum ac tibicinum jucundissimis choris. Ante fores Ecclesiæ Cathedralis præstolabatur eum Clerus urbicus, longo ordine compositus. A quo deinde ad aram Principem deductus, & cantu hymni Ambrosiani aliisque Ceremoniis consuetis festivo ritu honoratus est. Quo peracto coepit instrui generale epulum: totumque sequens biduum inter choreas & ludos equestres magno luxu transactum fuit.

Ericus Episcopus fuit primus, qui ex Pontificia concessione nominavit se Episcopum duarum Ecclesiarum.

Juramentum Erici, Paderb. Capitulo præstitum.

\*in aliis literis, eodè anno ac die datis, additur: datum Paderborne. Ericus Brunsvicensis Osnaburgi solennissimè inauguratur die 26. Augusti. Chron. Osnabrug. ms.



## Annus Christi 1510.

JULII II. Pontificis 7. & 8.  
 MAXIMILIANI I. Imper. 17. & 18.  
 ERICI Episc. Paderborn. 2.

Cæsar Augustus celebrat comitia Imperii, ibique sollicitat auxilia contra Venetos.

*Trith. to. 2  
 chron. hirs.  
 Brower. in  
 Annal.  
 Trevir.  
 Surius in  
 comment.*



Augustus Vindelicorum hoc anno celebratus est magnus conventus Principum, quem Cæsar Maximilianus ibidem indixerat in festum Epiphania Domini. Aderant illic è præcipuis Germaniæ Principibus, Uriel Archiepiscopus & Elector Moguntinus, Jacobus Archiepiscopus & Elector Trevirensis, Philippus Archiepiscopus & Elector Coloniensis, Fridericus Dux & Elector Saxoniae, Ludovicus Elector Palatinus, Fridericus Dux Bavariae, Ericus Dux Brunsvicensis, Fridericus Marchio Brandenburgensis, Ulricus Dux Würtembergensis, alique Proceres quam plurimi, unà cum Legatis vel Oratoribus Regis Galliae, Regis Hispaniae, Regis Bohemiae, & aliorum Principum Germanicorum. Consultatum ab his longo tempore, & magnâ sententiarum diversitate, de bello continuando contra Venetos: augebaturque difficultatem, quòd Julius Pontifex, postquam suas urbes receperat, non solum à Cameracensi foedere ad Venetos defecisset; verum etiam Hispanum & Cæsarem ab eodem abstrahere, contraque Gallos incendere moliretur. Vacillantibus hisce consiliis intervênit primum \*Orator Gallicus, & nervosissimâ oratione declaravit Venetorum superbiam, avaritiam, rapacitatem, fraudes, latrocinia, contemptum Cæsaris & Imperii. Nec multò post etiam accedebant ferales nuntii, à quibus perferebatur, quinquaginta & amplius incendiarios in Carinthiam & Austriam \*introisse, ut urbes, oppida, arces, & villas, admotis latenter ignibus in flammam agerent: eorum aliquos jam esse comprehensos, & in tortura vel equuleo confessos, quòd à Venetis pecuniâ conducti, in Germanorum terras emissi, atque, ut latentiùs desævirent, Religiosorum aut mendicorum habitu se contegere jussi fuerint. His auditis Principum congregatorum animi vehementer concitati sunt, ac tandem exeunte Majo (quo comitia solvebantur) communi suffragio decrevêre, bello coepto insistendum esse, eoque sine pendenda Cæsari trecenta Rhenensium aureorum millia. Quanquam eo subsidio singulare nihil hoc anno effectum sit. Nam, ut communiter apud Germanos fieri solet, pecuniæ & milites huic bello destinati, propter comitiorum diuturnitatem, serò nimis in Italiam appulêre.

*\*Trithem.  
 loc. cit.*

Quæ tandem impetrat, ostendit Venetorum malitiam.

*\*Trithem.  
 & Surius  
 loc. cit.*

In-

Inter  
 prioris a  
 parte in e  
 mâ Dece  
 vii à mol  
 riorem un  
 ejusdem  
 quingente  
 autem tra  
 cessit Ofi  
 dem parit  
 propedie  
 literæ \* a  
 quintâ pos  
 ab iisdem  
 publici, f  
 mitti stu  
 quibus u  
 tho post tr  
 ribus con  
 & inaug  
 Januarii  
 hebdoma  
 & Cleri  
 festivas  
 neque in  
 tum legi  
 Cer  
 nasterien  
 suo in Be  
 Annam  
 dam, ej  
 esse post  
 Quin et  
 vum spl  
 plo ad a  
 Pontific  
 dinem te  
 aliis con  
 ciis ac v  
 Cla  
 nalium



Interea Ericus Episcopus noster, posteaquam in Augusto superioris anni solenniter investus esset Osnabrugum, reliquâ anni parte in eadem Diœcesi perstitit: intêrque alia, die vicesimâ septimâ Decembris, Capitulo Osnabrugensi confirmavit piscaturam fluvii à molendino post Ecclesiam S. Joannis posito, usque ad inferiorem urbis turrim, vulgò dictam *Hellings-Thurn*; uti constat ex ejusdem \* literis, quarum finis est: *Datum Anno Domini millesimo quingentesimo nono, ipso die B. Johannis Apostoli et Evangelista.* His autem traditis & consignatis, continuò intrâ dies proximos discessit Osnabruco; abiitque Neuhusium in Diœcesi nostra, ut ibidem pariter appareret omnia pro solenni ingressu & inauguratione, propediem futura ad fontes Paderæ. Superfunt adhuc ejusdem literæ \* ad Saltkottenfes, per quas ex arce nostra Neuhusiana, *feriâ quintâ post Circumcisionis Domini*, sive diertitiâ Januarii anno 1510, ab iisdem petiit, ut *in diem proximum suæ inaugurationis et ingressus publici*, sibi trutas aliquas, de salmonum fluviatilium \* genere submitti studeant. Superfunt & aliæ post solennem ingressum datæ, quibus urbi nostræ Brakelenfi, die duodecimâ Januarii, sive *sabbatho post trium Regum*, confirmavit omnia privilegia, à suis decessoribus concedi & approbari solita. Unde colligo, introductionem & inaugurationem ejus, Padibornæ celebratam esse, vel die sextâ Januarii in Dominica, vel certè alio die proximo infra eandem hebdomadam. Quo autem apparatu Civium, quâ Nobilitatis & Cleri pompâ, quo Principum & aliorum Procerum comitatu festivitas illa peracta fuerit; id neque in temporum istorum fastis neque in aliis monumentis literariis, pro memoria nostra annotatum legitur.

Certiora nobis hoc anno suppetunt de Erico Episcopo Monasteriensi. Is enim (ut in fastis ipsorum scribitur) pro singulari suo in Beatam Virginem affectu & studio hoc anno sanxit, Beatam Annam ipsius matrem in tota Diœcesi sua cultu annuo celebrandam, ejusque festum perpetuis temporibus deinceps peragendum esse postridie gloriosæ Assumptionis Beatissimæ Virginis MARIE. Quin etiam, ut novæ huic festivitati propriomet exemplo suo novum splendorem adderet, eâdem die Monasterii in summo templo ad aram fecit; magnâque ædificatione populi solenne sacrum Pontificali ritu pientissimè decantavit. Quam deinde consuetudinem totâ vitâ suâ non solum hoc in festo; sed etiam in pluribus aliis constanter tenuit, majori merito apud Deum, quàm si delictis ac vanitatibus ætatem insumpsisset.

Claudo hunc annum insigni historiâ: quæ, tametsi ab Annalium nostrorum scopo fit remotior (contigit enim in Marchio-

Ericus Episcopus Paderborn. & Osnabrug. sub initium hujus anni Osnabruco venit Neuhusium.

\* literæ Archiv. Osnabrug.

\* literæ Archiv. Saltkott.

\* vulgò Lachs Borellen Paderbornæ solenniter introducit & inauguratur initio Januarii.

Ericus Lawenburgicus, Episcopus Monasteriensi, instituit festû S. Annæ, perpetuò celebrandû postridie Assumptæ Virginis. Chron. Monaster. ms.



In terris  
Brandebur-  
gicis vir Ca-  
tholicus fu-  
ratur è tem-  
plo sacram-  
pyxidem,  
& inven-  
tam in ea  
hostiam  
vendit ju-  
dæo.

Trish. 10. 2.  
Chron. hirs.  
Surius in  
comment.

Spond. ad  
hunc ann.  
n. 17.

Lintur. in  
append. ad  
fascic.

natu Brandenburgico) iis tamen vel idcirco meretur inferi, quòd plerique temporum istorum Scriptores mentionem illius faciunt. Paulus **Gromm** / oppidi Pernaviensis incola, die 6. Februarii mediâ nocte, ex pagi vicinioris templo furatus erat inauratam pyxidem, in qua Sacramentum Divini Corporis asservari solet. Altero mane, cum abiret Spandaviam, furtum hoc judæo venditurus; quievit paululum in via: apertâque pyxide videt in ea duas hostias consecratas, majorem unam, & minorem alteram. Expalluit primùm hîcce visis: & repentini consilii inscius, minorem ex iis deglutivit; majorem verò aliquantisper in sinu suo recondidit. Statimque eum tantus invasit horror torpôrque sensuum, ut hostiam integram planè cœcus ac stupens, non potuerit se movere loco. Demum verò permittente Deo usuram luminis recipiens, neglectâ cordis poenentiâ, resumpsit iter ad urbem Spandaviam, ibique sacrilegium suum venale obtulit Judæo, cui nomen erat Salomon. At ille videns, mercem hanc non esse argenteam, sed ex cupro solùm inaurato factam: *Bone vir! inquebat, vasculum illud est ex cupro, ideòque illud non desidero. Si quid amplius in eodem obtulisses (puta hostiam consecratam) fortassis illud emerem à te.* Ad quæ verba homo improbus majorem hostiam de sinu profert; eamque judæo tradens: *Ecce, ait, quod modò quæris, in promptu est!* Mox judæus, intrâ se ipsum plaudens: *quanti vendis hunc Deum tuum?* Et ille: *sedecim grossis.* Numeravit judæus novem; Deoque

Hostia, à vendito, venditorem pessimum dimisit. Secuta mox ingens tragœdia. Nam judæus illico divinissimum corpus in mensam projicere, in illud cultris involare, proscindere, pungere, fodicare. Et quia nihilominus hostia manebat integra, nullisque puncti- bus perforata; tandem ipse, ut Avernalis furia: *in nomine*, inquebat, *mille Dæmonum! situ es verus Christianorum Deus, ostende te, et manifesta temet ipsum!* quo dicto, sponte suâ dissiliit hostia in tres partes, quarum singulæ ad oram exteriorem hujus fracturæ sanguineo colore erant imbutæ.

Convenerat autem aliquantò prius inter judæum hunc, & alios duos (quorum unus Brandenburgi & alter Stendaliæ sedem fixerat) ut, quisquis eorum potiretur hostiâ consecratâ, partem hujus ad ipsos mitteret. Quare Salomon, ex tribus istis hostiæ divisæ partibus, duas misit ad ambos illos; & hi deinde ad multos alios, qui iisdem speciebus sacris turpissimè sunt abusi, Tertiam verò particulam pro se retinuit, eamque pannis involutam ferme per mensam integrum in sacco suo tulit. Postea eam rursus è sacco protulit; impositamque tabulæ mensæve domesticæ, tam diu transfixit & perforavit stylo ferreo, donec aliquis miraculosus

Auctores  
ibidem.

crucor

crucor as-  
perritus,  
particular  
vit eam  
est dissolu-  
fit. Post  
massam u-  
extracto  
magis ad  
bis ille sup-  
eleganten  
Salomon

Inte  
Cùmque  
moni ju-  
processu  
constrict  
térque o-  
norum sp-  
guine ge-  
acuum f-  
His dete-  
ris Divin  
de seorsu  
miraculi  
æternos;  
rum duo  
rem inho-  
consecut  
gressus e-  
chionatu  
care, ve-  
possent.

Julius  
si fœ-



crucor aspectabili modo ex eadem flueret. Eo viso maximopere  
 territus, continuò sævire destitit; modisque omnibus laboravit,  
 particulam istam prorsus destruere. Et in primis quidem tenta-  
 vit eam deglutire: sed non potuit. In aquas deinde misit; & non  
 est dissoluta. Mox etiam in ignes misit; & à flammis intacta man-  
 sit. Postremò commiscuit eam parti farinae, & congestam ex ea  
 massam unà cum aliis panibus immisit furno: & ecce! furnus igne  
 extracto clausus prodigioso lumine quantocyus inclarescit. quòdque  
 magis admirandum est, cum judæus bis in furnum introspiceret;  
 bis ille supra panem, sacramenti particulam infertum, videt puerum  
 elegantem & coelesti splendore fulgidum confidère, uti hic idem  
 Salomon, etiam extra torturam & equuleum, postea confessus est.

Miscetur in  
 furnum, ubi  
 puer JE-  
 SUS appa-  
 ret.

Auctores  
 iidem.

Sacrilegiū  
 proditur,  
 judæi capi-  
 untur.

Trithem.  
 l. 2. Chron.  
 Hirs.

Rei gravis-  
 simè pu-  
 niuntur; &  
 omnes Ju-  
 dæi pro-  
 scribuntur  
 ex Marchia  
 Brandebur-  
 gica.

Trithem.  
 & Surius  
 loc. cit.

Interea sacrilegium Pauli furis prodebat multis indicis.  
 Cùmque ideo apprehenderetur, fatereturque venditionem Salo-  
 moni judæo factam; non solùm ille, sed etiam centum alii judæi  
 processu temporis comprehensi, & carcerum diverforum vinculis  
 constricti sunt. Prodière tunchorrenda Hebræorum scelera: præ-  
 tèrque omnia suprà dicta, etiam compertum est, paucorum an-  
 norum spatio septem pueros Christianos, quorum innocenti fan-  
 guine gens illa nequam abuti solet, ab iisdem occisos, & multis  
 acum stylosumque punctationibus crudelissimè trucidatos fuisse.  
 His detectis processum est ad supplicia. Paulus Fromm / Corpo-  
 ris Divini venditor, primùm ignitis forcipibus laceratus, ac dein-  
 de seorsim in rogo separato flammis injectus. Salomon Hebræus, tot  
 miraculis à se visis nihil motus, ex temporali combustione ad ignes  
 æternos abiit. Alii tres Christiano ritu baptismum recepère: quo-  
 rum duo sequenti mane capite plexi; tertius verò, quòd singula-  
 rem inhonorationem Sacramenti non commiserit, vitæ gratiam  
 consecutus, & ordinem S. Francisci in Berolinensi Monasterio in-  
 gressus est. Reliqui judæi omnes proscriptione publicà è toto Mar-  
 chionatu Brandenburgico expulsi, ne vel suorum necem vindic-  
 care, vel alia id genus crimina consiliis auxiliisque suis confovere  
 possent.

## Annus Christi 1511.

JULII II. Pontificis 8. & 9.

MAXIMILIANI I. Imper. 18. & 19.

ERICI Episcopi Paderborn. 3.

**J**ulius Papa, vir inquietus & mutabilis, postquam à Cameracen-  
 si foedere ad Venetos descivisset, etiam hoc anno Cæsarem &  
 Hispaniam

Julius Pon-  
 tificis frustra  
 nititur



Imperatorē retrahere à fœdere Cameracensi. *Spondan. hic n. 5. & 6. Coccinius de bello Veneto apud Frech. to. 2. rer. Germ. Bellum Venetum à Cæsare & Gallo prospere continuatur. Auctores iidem. \* Spond. ad hunc annū. Coccinius loc. cit. Palat. in a. quil. Austr. Die 2dâ Aprilis moritur Bernardus Comes de Lippia. Chytraeus in Saxonia ad hunc annum. Piderit. in Chron. Lipp. die 6tâ Septembris moritur Wilhelmus Comes Ravensbergensis, Juliae & Montium Dux. Chytraeus ad hunc an. \* Jongelin in Not. Abbat. Cisterc. de Monast. vet. Montis pag. 26.*

Hispanum invitavit, ut iidem pariter, abjecto Cameracensi fœdere, sibi ac Venetis sociarent arma in Regem Galliae. Et Hispanus quidem facillimè se in eam partem inclinari passus est, quòd maritimas Apuliae urbes retenturus, & investituram Neapolitani Regni à Pontifice accepturus esset. Cæsar autem, cùm neque infidum se ostendere vellet Regi Galliae, neque magnum aliquid se à Venetis consecuturum cerneret; invitationem hanc à se rejecit, firmiterque perstitit in Cameracensi fœdere, cum Gallis inito. Neque defuit fortuna bello. Nam à Gallis occupata est Mutina, Concordia, Mirandula, & Bononia: à Cæsareis receptum est Cadubrium, Gradisca, totumque forum Julium. Quin & initio sequentis anni exercitus Germano-Gallicus duas insignes victorias ab hoste retulit: unam die 18 Februarii in expugnatione Brixiae five Bresciae, quæ proditione suorum civium in partes Venetorum ierat: alteram die 11 Aprilis\* in conflictu prope Ravennam habitato, in quo ex Hispanis Venetorum sociis feruntur cecidisse ad novem millia.

Hæc inter in vicinia nostra vitam hoc anno finit Bernardus Comes de Lippia, Simonis quondam Episcopi nostri germanus frater; vir ut bello strenuus, ita etiam de re Catholica ac diversis Religiosorum domiciliis præclare meritus. Permisit hic Patribus Franciscanis de strictiore Observantia, ut in urbe sua Lemgovien- si Monasterium struerent: restauravit cœnobium Virginum in urbe Lipstadiensi: condidit Monasterium Canonicorum Regularium S. Augustini in oppido Blombergen- si: obiit annorum octoginta duorum senex die 2dâ Aprilis, & ex Anna Schawenburgica Coniuge sua post se reliquit sex liberos, videlicet Bernardum Colonien- sis Ecclesiae Canonicum, Simonem Comitem successorem suum, & quatuor filias.

Lippiensem post quinque menses in viam æternitatis consecutus est Wilhelmus Comes de Ravensberg, Juliae & Montium Dux, defunctus Düsseldorfii die 6. Septembris. Huic Monachi Altenbergenses insigne elogium tribuunt, vocantque *Monasterii sui \* cordialissimum Patrem, in omnibus adversitatibus suis protectorem vigilantissimum, qui que toto tempore sui regiminis admirabili quâdam et propè Divinâ usus prudentiâ, rempublicam suam continuâ pace gubernâ- rit, auxerit, ac defensarit.* Præfuit à morte Patris annis triginta sex, & è Sibylla Brandenburgica uxore sua tantum unicam reliquit filiam Mariam; quæ anno superiore, die primâ Octobris, Joanni III Clivorum Duci conjugata, eidem Juliae ac Montium terras cum comitatu Ravensbergen- si in dotem attulit. Corpus ejus, uti videmus, ad monasterium Altenbergense deportatum, ibi- dem.



démque in Sacello Principum singulari pompâ tumulatum est, ap-  
posito hoc epitaphio:

*Anni milleni, quingenteni quasi pleni,  
Unius ac deni, rapidi prope flumina Rheni,  
Düsseldorf urbe, gemitu tamen haud sinè turba,  
Septembris mensis die sextâ, Fuliacensis  
Terra ac Montensis Dominum succiderat ensis  
Mortis falcatus WILHELMUM: tempore natus  
Qui multum tardo fertur genitore Gerardo,  
Ducissâque piâ generosâ Matre Sophiâ etc.*

De rebus ad nostram Dioecesin pertinentibus nihil aliud ex  
veteribus monumentis eruderare licuit, quàm hæc duo tantum:  
Primum est, quod hoc anno Ericus Episcopus noster, collectis  
Nobilium ac satellitum suorum turmis, in Corbejense territorium  
involârit; evastatisque tribus \* pagis, *Ottberga, Godelhemio, et  
Ovenhusio* cum abreptis hominum agrestium spoliis in Dioecesin  
nostram se receperit. Cur autem id ab eo factum, & quâ inju-  
riâ ad hoc audendum provocatus fuerit, nemo veterum scripto-  
rum tradidit. Alterum est, quod idem Episcopus contributio-  
nes publicas, annorum præcedentium decursu pro bello Veneto  
imperatas taxatasque solvere, pertinaciter detrectârit. Quâ de  
causâ etiam in Imperiali Camerâ lis eidem intentata, ac tandem eò  
usque perducta est, ut & ipse, & ambæ Dioeceser ejus, propter  
hujusmodi recusationem, in poenam Banni seu minoris \* & majoris  
proscriptionis incidisse declarati fuerint. Sed hanc maculam,  
quâcunque demum ex causâ ortam, sequenti anno in comitiis  
coloniensibus iterum absterfit, uti videbitur suo loco.

Ejus Epita-  
phium.  
apud jon-  
gelin. loc.  
cit.

Ericus Epi-  
scopus Pa-  
derborn.  
hostiliter  
invadit a-  
gros Corbe-  
jenfes.  
\* Erbenius  
in Chron.  
Huxar. a-  
pud Paull.  
Recusavit  
solvere  
contribu-  
tiones im-  
peratas pro  
bello Vene-  
to, ideoque  
multatur  
pœnâ Ban-  
ni.

Ex Literis  
Archiv.  
Osnabrug.  
\* germani-  
cæ, die  
acht und  
oberacht.

## Annus Christi 1512.

JULII II. Pontificis 9. & 10.  
MAXIMILIANI I. Imper. 19. & 20.  
ERICI Episcopi Paderborn. 4.



Annus hic admodum celebris & illustris fuit à comi-  
tiis, Augustæ Trevirorum habitis, inchoatisque  
die 11. Aprilis, in festo Paschatis. Præter Maxi-  
milianum Imperatorem convenerunt illuc è præ-  
cipuis Imperii Principibus, Uriel Archiepiscopus  
Moguntinus, Richardus Archiepiscopus Trevirensis, Philippus  
Archiepiscopus Colonienfis, Ludovicus Elector Palatinus cum  
suo fratre Friderico, Georgius Episcopus Bambergensis, Wilhel-  
mus

Maximilia-  
nus Impera-  
tor celebrat  
comitia  
Treviris,  
magnâ  
Principum  
frequentiâ.  
Trith. to 2.  
chron. hirs.  
Brower in  
Ann. Trev.



mus Episcopus Argentinensis, Hugo Episcopus Tullensis, Fridericus Marchio Brandenburgensis cum suo Filio Casimiro, Udalricus Dux Würtembergensis, Ericus Dux Brunsvicensis, Joannes Comes Palatinus in Spanheim, Christophorus Marchio Badensis cum Ernesto & Philippo filiis, Itelius Fridericus Comes de Zollerren, Wilhelmus Comes de Fürstenberg, Ludovicus Comes Nafsovio-Saêrburgensis, & alii Comites viginti sex. His accedebant Legati & Oratores, Ludovici Regis Galliaë, Henrici Regis Angliaë, Sigismundi Regis Poloniaë, Joannis Regis Navarraë, Friderici Electoris Saxoniaë, Joachimi Electoris Brandenburgici, Wilhelmi Ducis Bavariaë, Joannis Ducis Clivensis, Alexandri Ducis Bipopontini, Wilhelmi Hassiaë Landgravii, aliorumque plurium Episcoporum ac Principum, quorum nomina hic sigillatim recensere, nimis prolixum foret.

Ejus jussu  
ibidem  
quæritur &  
invenitur  
toga Christi,  
& multæ  
aliæ reliquæ  
sacrae.  
\*puta ab  
anno 1218.  
\*Irischem.  
& Brower.  
loc. cit.

Cùm verò tardiùs advenirent antè dicti Principes & Legati, Cæsarem cupido subiit videndi togam Christi Domini, quam audiêrat, ibidem in Cathedrali templo sub ara maxima custodiri, neque ab annis \*propè trecentis ostensam esse. Itaque feriâ quartâ infra diem solennem Paschatis altare majus præsentè Cæsare \*apertum est, inventæque sub eo tres arculæ. Una ad cornu dexterum, ex ebore & peregrino ligno scitissimè concinnata, qua situmque thesaurum continens, cum hac inscriptione: *Hæc est insula togæ Domini et Salvatoris nostri JESU Christi*: insigne donum S. Helenæ Imperatricis, qua togam hanc ex itinere Hierosolymitano Treviros adduxisse creditur. Altera ad cornu sinistrum exhibebat reliquias varias, de veste B. MARIE Virginis, de fasciculis Christi infantis, de sepulchro & columna Domini, de S. Paulo Apostolo, aliisque Sanctis ac Martyribus. Tertia, in medio altaris posita, continebat corpus S. Materni \*Trevirensis Episcopi, cum argenteo nummo, cui inscripta erant hæc verba: *sanctus Maternus*.

Ad videndam togam Domini confluit ingens multitudo hominum; & cùm iis simul intrat in urbem lues contagiosa. Auctores iidem.

Rei novitas, rumore cognita, excivit illico multorum absentium desideria. Quorum petitioni concedi debuit, ut sacratissima Toga Domini ostenderetur publicè; eamque in rem constitueretur dies tertia Maji, qua S. Crucis inventionem anniversariâ recordatione colit Ecclesia. Ex ea die thesaurus iste nobilissimus in Cathedrali templo primùm ostensus est Principibus congregatis, deinde & aliis hominibus per plures dies & hebdomadas: dicique non potest, quam innumera multitudo populi, tam insuetæ exhibitionis ac devotionis causâ, Treviros confluxerit. Cum iis tamen (id quod æstivo tempore in tanta hominum constipatione facillimè fit) simul in urbem ingressa est contagiosa lues; qua &



Cæsarem Principésque compulit, comitia jam incepta solvere, & ea Coloniam ad salubriorem aërem transferre. Ex itinere paululum declinavit Cæsar ad Monasterium Epternacense in Ducatu Luxemburgico; ubi ad reliquias Divi Sebastiani, pestiferorum patroni, devotissimè obtulit ingentem cereum \* *trecentarum et sexaginta librarum*, qui etiamnum ibidem visitur. Diameter istius cerei complectitur pedem unum, altitudo verò pedes duodecim; insititque basi lignæ, cui inscripta sunt hæc verba: *Hunc cereum, CCCXLIII librarum, anno Domini MDXII. Epternaci in Imperiali Monasterio S. Willibrordi, S. Sebastiano in persona dicavit Maximilianus Romanorum Imperator.*

Epternaco (ut opinor) discessum est Coloniam Agrippinam, ad aperienda ibidem comitia, Treviris avocata. In iis Regnum Germaniæ divisum in decem circulos: recessum ab inito fœdere Gallico, Cæsari & suis noxio: repudiata auctoritas Pisani conciliabuli, anno superiore contra Pontificem convocati: missus ad Romanam Curiam Matthæus Episcopus Gurcensis, ut ibidem tractaret pacem cum Pontifice; quæ &, exclusis Venetis, cum Imperatore inita, & Romæ die 25 Novembris in *Ecclesia S. MARIE de populo* solenniter promulgata est. Denique & inter Imperatorem, Hispanum, & Henricum VIII Angliæ Regem, novum belli fœdus eâ lege percussum fuit, ut omnes uno impetu in Gallum irent, ejusdemque vires & arrogantiam coercerent. Quo audito miles \* Gallicus, dum ab omni parte se derelictum cerneret, Italiam ferè totam quantocyus deferere; & Mediolanensem Ducatum Maximiliano Sfortiæ, Ludovici Ducis in Gallicano carcere defuncti filio, rursus permittere coactus est.

In iisdem comitiis Colonienfibus hujus anni, Ericus Episcopus noster demissè ad Cæsarem venit; præsentèque pecuniâ numeravit eidem omnes contributiones, præcedentium annorum decursu pro bello Veneto imperatas, & nondum persolutas: humilimè simul orans, ut Cæsarea Majestas excusationem à se prætentam admittere; poenâsque omnes, à se suisque Diocesisibus incurfas, clementissimè tollere ac relaxare velit. Id quod etiam in iisdem comitiis factum & impetratum esse, declarant publicæ ejusdem Imperatoris \* tabulæ, Erico traditæ, quarum finis est: *Datum in nostra et sacri Imperii civitate Colonia, die vicesimâ primâ mensis Augusti, Anno à Nativitate Christi millesimo quingentesimo duodecimo: Regnorum nostrorum, Romani vicesimo septimo, et Hungarici vicesimo tertio.* Multum verò ad eam Cæsaris benevolentiam experientiam contulere Papales literæ, Kalendis Maji ex urbe Romana

Atque ideo comitia transferuntur Colon.

antiores

idem, \* *Bolland. 10. 2. 5. Januarii, in appendice pag. 112, & seq.*

Cæsar in itinere Epternacum veniens, offert ingentè cereum, librarum 364 In comitiis Colonienfibus imperium dividitur in 10 circulos, & alia multa utiliter fiunt.

*Trithem. l. 2. chron. Hirs. Chytraus l. 6. Saxon.*

*Surius in comment.*

*Palat. & alii Galli Italiâ deferunt, & coguntur Mediolanensem*

*Ducatum relinquere Maximiliano Sfortiæ.*

\* *Palat. in Aq. Austr. pag. 238, n. 156.*

Ericus Episcopus & cæjus Dioceses absolventur à poena Banni Imperialis, commendante Julio Pontifice.

\* *ex arch. Cath. Eccl. Osnabrug.*



\**Ex literis  
archiv.  
Paderb.  
Ericus Epi-  
scopus Pa-  
derborn.  
curat im-  
primi novū  
Breviarium  
Paderbor-  
pense.*

\**datae*; per quas Ericus Episcopus, omniāque ad ejus causam per-  
tinentia, Maximiliano Cæsari magnopere commendata fuerant.  
Ceterum & hoc anno suprā dictus Præful singularem suū lau-  
dem promeritus est accuratā ordinatione officii ecclesiastici. Au-  
diērat ille pridem sub initium Episcopatūs aditi, Horas Canonicas  
à quibusdam Clericis nostræ Diœcesis recitari ex quibusdam lace-  
ris mutilisque chartis, indēque fieri, ut eæ scēpius non modò plu-  
rimū detruncantur; sed etiam in una eadēque Ecclesia à diver-  
sis Clericis diversimode ac difformiter persolvantur ex defectu Bre-  
viarii Diœcesani. Itaque ut huic ordinationi confusionique suc-  
curreret; pro Episcopali sollicitudine sua novum Breviarium ex-  
cudi iussit cum hoc titulo: *Breviarium Diœcesis Paderburnensis,  
sumptibus Reverendi in Christo Patris et Domini, D. ERICI, Osnabru-  
gensis et Paderburnensis Ecclesiarum Episcopi, de communi Capituli sui  
Venerabilis Ecclesie Paderburnensis consensu noviter exaratum, ab omni-  
bus Clericis Beneficiatis in Diœcesi Paderburnensi inviolabiliter observan-  
dum.* Simūlque sub pœna excommunicationis districtè sanxit, ut,  
quā primū novus ille Horarum Canonicarum liber è prelo  
venerit, omnes illum quantocyus emere, atque ad suos usus com-  
parare studeant. Edictum Episcopale, hac de re editum \**ac pro-*

\**Edictum  
hoc inser-  
tum est isti  
Breviario  
sub initiū.*

*mulgatum, itā sonat:*  
**E**ricus, Dei et Apostolica sedis gratiā Ecclesie Paderburnensis et Osnaburgensis Episcopus, Dux Brunswicensis etc. Dilectis nobis in Christo Clericis universis nostræ Paderburnensis Diœcesis salutem in Domino sempiternam. Quoniam omnia, in hoc transitorio seculo agenda, confusè et indeterminatè aguntur, si sinè debito peraguntur ordine: profectū juxta sanctorum Patrum instituta, ac sanctæ et Catholice Romanæ Ecclesie ordinationem, in Divinis Horis Canonicis dicendis et legendis non solum devotionem et attentionem; sed etiam debitum ordinem, secundū temporum varietatem et diversitatem Sanctorum sub gravibus peccatis Clericis oportere observare præcipitur. Sanè, sicuti ad nostram veridicam pervenit notitiam (quod dolenter audivimus) sunt nonnulli Clerici dictæ nostræ Diœcesis, qui enormiter syncopando legunt Horas Canonicas: alii, unius etiam oppidi, et unius etiam Parochialis Ecclesie Clerici, difformiter et differenter persolvunt hujusmodi Divinum officium: alii ex chartulis defectuosus et truncatis dicere Deo Canonicas non verentur Horas. Cū itaque ex debito nostri officii et Pastoralis dignitatis nobis incumbat, quod saluti animarum nostrorum subditorum, maxime Clericorum, pro posse nostro diligentius intendamus; vestigiis felicitis recordationis quondam Domini Bernardi Episcopi, dum viveret, dictæ Paderburnensis Ecclesie, nostri prædecessoris, inherentes, visum est nobis necessarium, ut defectibus illis in præfata nostra Diœcesi opportunè et salubriter

occur-



occurrat. Et ut uniformitas et aequalitas in Divinis officiis et Floris Canonice legendis et dicendis in prefata nostra Diœcesi existat; et ut illa tam in præcipuis solemnitatibus et Sanctorum festivitibus, quàm feriabilibus diebus, decentiùs et honorificentius per anni circulum observetur: de consilio et assensu dilectorum nobis in Christo, Decani, Archidiaconorum, et Canonice ejusdem Ecclesie nostre Paderbornensis, ordinamus, statuimus, et districtius sub excommunicationis et anathematis pœna precipimus et mandamus, ut unusquisque Clericorum secularium sepe dictæ nostre Diœcesis, infra unius mensis spatium post presentium Synodalem publicationem, et postquam beneficium aliquod Ecclesiasticum consecutus, vel ad sacros Ordines promotus fuerit; proximè sequens Breviarium, nostris impensis impressum, pro uniformi debita observantia, in dicta nostra Diœcesi equaliter tenenda et habenda, sibi comparare et emere studeat et procuret: et secundum illud, et ordinationem in eo annotatam, per anni decursum tam circa festa mobilia, quàm Sanctorum festa pro qualitatibus temporum occurrentia, in horis Canonice dicendis, legendis, et persolvendis se regat, nisi propter varietatem temporum, in futuris Synodis, circa aliqua festa aliter fuerit ordinatum et statutum. Nolumus tamen per hujusmodi ordinationem et statutum, nostra Majoris et aliarum Collegiatarum Ecclesiarum ejusdem nostre Diœcesis Prelatos, Canonicos, et Clericos, quibus in hoc deferimus, ad prælibata Breviaria comparanda, aut secundum ea Floras Canonice legendum, cantandum, aut dicendum, aliquatenus fore adstrictos: cum in illis Ecclesiis, ex bonarum mentium et fidelium ordinationibus, nonnulla reperiantur festa statuta, extra ordinem prædictum per anni decursum servari solita. Datum Anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo, die quidem tertiâ mensis Januarii, nostri Officialatus Curie nostre Paderbornensis sub sigillo majori, quo ad hæc in presentiarum utimur.

## Annus Christi 1513.

JULII II. Pontificis	10.
LEONIS X. Pontificis	1.
MAXIMILIANI I. Imper.	20. & 21.
ERICI Episcopi Paderborn.	5.

**R**ostquam Imperator sub anni prioris exitum pepigisset pacem cum Pontifice, rursus Veneti in societatem armorum coeunt cum Rege Gallie: unde huic spes nova redit ad Ducatum Mediolanensem, à Maximiliano Sfortia jam insideri tenerique coeptum. Itaque rursus viginti Gallorum millia in Italiam abire iussa: primaque eorum impressio

Rex Gallie  
novo sede-  
re cum Ve-  
netis inito,  
remitit suos  
in Italiam.  
Spond. his  
n. 5.  
Palat. in A-  
quil. Austr.



pressio facta est in urbem Novariam, ubi Sfortia cum quatuor Helvetorum millibus agebat in praesidio. Obsessis addebant animos novae Helvetorum copiae propediem adfuturæ: ideoque ad omnes obsidentium terriculationes tam erant imperterriti, ut, ubi moenia tormentis fracta jam patecerent, cum opprobrio suos hostes ad assaultum invitarent, sola quaedam detrita lintea murorum hiatui pratexentes. Quo viso Galli, murum subire veriti, ad plura stadia recesserunt; atque ita viam dederunt Helvetis in propinquo expectantibus, ut aliquot suorum millia in urbem intramitterent. Et hi deinde uno impetu in hostium castra\* prorumpentes, brevi tempore celeberrimam ab iis victoriam retulere, caesis ex parte Gallorum decem & amplius eorum millibus, ex parte autem Helvetorum mille trecentis tantum. Peractâ clade, quae teste Spondano contigit die 6. Junii, Helveti cum Caesareis & Hispanis in unum belli corpus conjuncti: Galli Italiâ ferè totâ rursus exacti: Veneti multis urbibus exuti, itaque territi, ut vix Patavium Tarvisiumque à foederatorum armis tutari potuerint.

\*Galli ingenti clade ceduntur ab Helvetis in Italia. Surius ad hunc annû. Spond. & Palat. loc. cit.

Julius II. Papa mortuus, cui succedit Leo X. Spondan. Trith. in chron. hirs.

Veneti magnâ clade sternuntur ab Hispanis & Caesareis prope Vicentiam. Spondan. n. 11. hic. Surius & Trith. ad hunc annû. Palat. in Aq. Austr.

Seditio gravissima Civium Coloniae Agrippinae contra Magistratum urbicum.

At priusquam ille Gallorum exercitus in Italiam se infudisset, Julius Papa fatali necessitate à ciendis bellis desistere didicit, utpote extinctus Romæ die vicesimâ primâ Februarii, multasque molitiones & consilia militaria suo secum sepulchro contumulans. Successit in ejus locum Joannes de Medices, electus die 11. Martii, dictusque postmodum Leo decimus. Is, ubi Cardinales conciliabuli Pisani assecras, eorumque fautorem Galliae Regem, à vinculo anathematis absolvisset; nihil industriae praetermisit, ut Caesarem inter ac Venetos concordiam pacemque restauraret. Sed cum hi, superbis Gallorum pollicitationibus deliniti, consiliis omnibus aurem occluderent, nisi eâ pace Vicentiam ac Veronam, urbes à Caesare captas reciperent; utrimque bellum ardore maximo resumptum est. Quanquam id non sinè magno Venetorum infortunio. Nam eorum exercitus paulò post, die septimâ Octobris, novo atrocissimoque praelio ab Hispanis & Caesareis ita obrutus est prope Vicentiam, ut occisis eorum quinque vel novem millibus (prout Scriptores inter se variant) tota castra cum signis, impedimentis, pulvere, tormentisque militaribus in Caesareanorum potestatem venerint.

Longè foedior his bellis erat atrocissima seditio civium, quae sub initium hujus anni confurrexit Coloniae Agrippinae. Murmuraverunt hinc aliqui Cives, urbem suam premi nimis pecuniarum exactioibus, easque non converti in usus publicos; sed in privata quorundam Senatorum commoda. Ea res cum facillè inveniret aurem fidemque multitudinis; irritata plebs pridie trium

Regum



Regum infano motu concurrat ad Prætorium, ibidem clamans & vociferans: *ubi sunt nequissimi isti, qui tam immodicis pecuniis nos emungunt? veniant ocyus, et nobis omnium, tam acceptorum, quam expensorum, rationem reddant!* Consternati Senatores jubent illico duos ex ordine suo in apertum progredi, qui lenioribus verbis plebem demulceant; promittantque, operam se daturus, ut eorum votis ac desiderio satisfiat. His auditis paululum conquievit & abscessit populus. At altero die, qui erat Ss. trium Regum, furore novo concurrat iterum ad Prætorium. Cùmque ibidem comperisset, Senatorum plures populari ferociâ terros ad curiam non venisse; continuo cœpit eos in alicujus culpæ suspicionem trahere: inde in omnes urbis plateas ruere, concurrere domos, visitare cubicula, perquirere omnes domorum angulos; & quotquot Senatorum Consulumve domi reperit, in custodiam deturbare. Ex his in foro \*fœnario, die decimâ Januarii, caput ense abscisum est Theodoro de *Spitz* / die duodecimâ Joanni de Berchem, die decimâ tertiâ duobus Consulibus Joanni von *Reidt* & Joanni Oldendorpio, die decimâ quintâ tribus aliis Senatoriæ dignitatis viris, Petro *Rott* / Francisco von *der Linden* / & Bernardo *Enß*. Præter hos, teste Chytræo, alii sex inferioris ordinis in furcam acti, alii ab urbe proscripti exilioque perpetuo mulctati sunt, judicio planè tumultuario, & exemplo tam foedo ac barbaro, ut vel ipsorum Thracum aut Scytharum truculentiam superet. Plures aliæ, sed non adeò præcipites ac sanguinariæ seditiones, eodem ferè tempore coortæ sunt in aliis Germaniæ civitatibus, puta Aquisgrani, Novesii, Antenaci, Spiræ, Wormatiæ, Ratisbonæ, Brunsvici, & alibi. Unde vides, quàm periculosus eo tempore dominatus fuerit malarum urbium: utpote in quibus plebs, & civium plebejorum vulgus, plerumque magis imperitabat Senatoribus, quàm Consules & Senatores civibus. Ex hoc autem præpostero dominandi modo, cheu! quàm execrandæ confusiones, haud multò post, per universam penè Germaniam consecutæ sunt: Certè, quòd inaudita priùs Lutheri & Calvinii dogmata ferè in omnes Germaniæ urbes tam repentino diluvio diffusâ fuerint; id nulli alteri causæ adscribi potest, quàm turbulento plebis dominatui, quæ abjectâ Episcoporum ac Magistratuum suorum auctoritate, sequioris Evangelii præcones in ecclesiarum parochialium cathedras violentis manibus intromisit.

De rebus nostræ Diocesis nihil hoc anno ex literis antiquis proditum, quàm quòd *Breviarium Paderbornense*, jussu Erici Antistitis nostri excudi cœptum, hoc anno tandem è Lipsiensi prelo in lucem venerit, uti monstrant hæc verba in fine ejusdem ad-

*Sarius in comment. Trib. l. 2. Chron. hirs. Chytræus ad hunc annum. Chron. Tremon. ms.*

\*furiosa cædes Consulium & Senatorum. Auctores iidem.

Plures aliæ seditiones Civium in aliis urbibus. Auctores iidem.

Breviarium Paderbornense, ab Erico Episcopo editum hoc anno peractum.

dita:



*\*nunc* dita : *Impressum \*Liptzick per Melchiorum Lotterum Anno Domini*  
*Leipzic. MDXIII.* In præfatione hujus Breviarii præmisit Episcopus uti-  
 lissimam instructionem pro quovis Clerico; pulcherrimèque do-  
 cet, quomodo ad Horarum Canoniarum recitationem accedere,  
 seseque ad eam comparare debeat: *Omnia Beneficiatus, inquit, ani-*  
*mum suum ad debite orandum præparet, varias cogitationes prorsus ab-*  
*jiciat, inter orandum colloquia, risus, et jocos non admisceat, canibus*  
*bestiisque ceteris non intendat, locum devotioni aptum eligat et omni in-*  
*pedimento vacuum. Non gratiâ humanâ laudis accedat; sed rectâ et bo-*  
*nâ intentione, in Dei laudem, officii satisfactionem, meriti augmentum,*  
*et benefactorum suffragium singulariter intentus. Initiando demique se*  
*signo sanctæ crucis munit, orationem Dominicam cum salutatione An-*  
*gelica præmittat, ut ei Divina gratia, quo mens in Dei laudem devotius*  
*elevetur, et obsequium creatori acceptabilius reddatur, assistat. Legen-*  
*dæ igitur sunt Horæ canonicæ intellectualiter cum cordis attentione, affe-*  
*ctualiter cum mentis devotione, integraliter cum distincta oris expressione,*  
*venerabiliter cum reverenti gestu corporis et animæ, congruenter locis et*  
*horis statutis. Psallentibus, inquit S. Bernardus, Angeli sancti admira-*  
*ceri dignantur. Ea propter eorum debemus attendere præsentiam, cum*  
*stamus ad orandum aut psallendum, et stare cum omni reverentia, et læ-*  
*crebrius intendere versibus:*

*Cum Domino psalles, psallendo tu tria serves:*

*Dirige cor sursum, profer bene, respice sensum.*

*Tunc orantur Horæ, cum corde leguntur et ore.*

Non dubito, quin Ericus Episcopus etiam ipsemet in decur-  
 su Officii diurni talem se exhibuerit, quales alios nostræ Dioecesis  
 Clericos in hoc orandi genere inveniri voluit. Qui enim alios  
 fructuosè adhortari, atque ad bonum aliquod accendere cupit;  
 necesse est, ut semetipsum prius ad hoc bonum incitet, & aliis  
 præclaro exemplo præeat. Certè manuscriptum Osnabrugensè  
 Chronicon apertè asserit, Ericum ab exordio sui Episcopatus in  
 recitandis Horis fuisse perassiduum; solitumque, eas quotidie cum  
 duobus Aulæ Capellanis legere. An autem & ultimis vitæ annis  
 devotum illud orandi studium pari sedulitate & industriâ conti-  
 nuârit; non ausim pro certo dicere: cum antedictum Osnabru-  
 gensè Chronicon eodem in loco addat, eum denique, à Philippo  
 Hassiæ Landgravio seductum, languidius orasse; vel etiam quan-  
 doque penitus à peragendo Horarum Canoniarum penso desti-  
 tisse.

Obiit & hoc anno, die Mercurii tertiâ Augusti, Ernestus Ar-  
 chiepiscopus Magdeburgensis, & Ecclesiæ Halberstadiensis Ad-  
 ministrator, Ernesti quondam Saxonæ Ducis & Electoris filius.  
 De

Instructio  
 pro devota  
 Breviarii  
 recitatione,  
 in eodem  
 addita.

Ericus Epi-  
 scopus in  
 orandis  
 Horis erat  
 admodum  
 assiduus.

Ernestus  
 Archiepi-  
 scopus Mag-  
 deburgen-  
 sis & Ad-



De ejus laudibus multa reperiuntur in ambarum Dioecesium fastis, ex quibus duo potissimum excerpere volui. Primum est, quod in utraque Dioecesi nunquam à suis subditis\* pecuniariam præstationem exegerit, nisi in primo regiminis ingressu; neque tunc à singulis capitibus in recognitionem signumque subjectionis postulaverit plus, quam unum, ut appellabant, nummum Schreckenbergicum. Alterum est, quod colonos & rusticos nunquam onerari voluerit\* servitiis vecturisque extraordinariis. Atque ideo, cum prope Halam\* Saxonie inchoasset arcem Mauritzburgensem, audissetque postea, se absente multos rusticos à Præfecto Gebingensteiniano ad convehendos lapides & ligna compulsos fuisse; jussit illum vocari ad se, verbisque severissimis eum ita adortus est: *Quis imperavit tibi, ut me absente subditos meos astringeres ad insueta servitia? nolo maculam hanc aspergi meo nomini! vade protinus, colonos illos convoca, pretium omne vecturarum iisdem solve usque ad extremum assem: et certus esto, structuram hanc meo solius sumptus non autem subditorum meorum sudore vel sanguine staturam esse. Pari modo etiam peracto consummatoque ædificio\* dixisse fertur: Si scirem, in ædificium hoc vel tenuem obolum à meis subditis collatum esse, vel aliquid servitii et laboris præstitum, pro quo non fuerit repensa merces laboranti debita; mallet illud sus deque vertere, quam ejusmodi notam meo nomini injustam ferre.* Sepultus est Magdeburgi in æde Cathedrali: & successorem in utroque Episcopatu habuit Albertum Brandenburgicum, Joachimi I. Electoris fratrem; qui & anno sequente ad septemviralem dignitatem venit in Ecclesia Moguntina.

ministrator Halberstad. mortui.  
Chytrus l. 6. saxou. ad hunc ann & alii  
\*Chron. Halberstad ms. \*idem  
chron. ms. \*Hall in Sachsen.

\*Libellus germanic⁹, describens Cathedr. Ecclesiam Magdeb. Succellit Magdeburgi & Halberstadii Albertus Brandenburgicus.

## Annus Christi 1514.

LEONIS X. Pontificis 1. & 2.

MAXIMILIANI I. Imper. 21. & 22.

ERICI Episc. Paderborn. 6.

**S**æptimus hic annus erat belli Veneti: sed rursus admodum infelix Venetis. Nam initio noctis inter undecimam ac duodecimam Januarii, Venetiis in frequentissima urbis regione consurrexit feralis flamma: quæ adjuvante ventorum inclementiâ, dextrorsum ac sinistrorsum tam insolito furore ac velocitate sævit, ut intra paucas horas innumere ædes ac Basilicæ in cineres ac favillas ierint. Neque hic finis fuisset malo, per totam noctem continuato, nisi Andreas Gritus, primariæ Nobilitatis vir, initio sequentis diei cum ingenti fabrorum & operariorum turba advolasset; mandassetque domos

Gravissimâ incendiana Venetis. Palet. in Aq. Austr. Surius in comment. Jo. v. 1. 12 Histor. & alii.



mos omnes, quæ ardentibus propinquæ erant, festinato labore in terram detrahi. Jacturam hanc brevi consecuta est eorundem Venetorum clades bellica. Obsederant illi Muranum oppidum, haud procul à Venetiis in insula situm, quod in fine superioris anni à Cæsareis interceptum erat. Repulsi sæpius cum ingenti suorum detrimento, parabant abscessum: sed eventu impropero. Dum enim reductis impedimentis ad suas naves classemque vicinam se recipere; inopinatò vident eam propter aquæ & maris refluxum \*in sicco stare. Quo animadverso, Cæsareus miles magno impetu ex oppido erupit, fugitivos invasit, in classem irruit, occupatisque Venetorum triremibus, non pauca signa tormentaque militaria in prædam abstulit.

Hisce casibus fatigati quieverunt hoc anno Veneti. Neque etiam Cæsar singulare aliquid egisse visus est adversus ipsos: tum quia ei plus animorum erat ad prosequenda bella, quam pecuniarum ad conducendos alendosque milites: tum quia consilia bellivertebant se per mortem Annæ Francorum Reginae, die 9. Januarii è vivis evocata. Hac enim occasione Henricus VIII. Angliæ Rex ab Hispano Cæsareoque foedere abstractus est, Ludovico Galliarum Rege \*Mariam sororem ejus in thori sociam expetente. Et nuptiæ quidem die 9. Octobris peractæ sunt Abbavillæ in Picardia; sed magno sponsi jam veterascentis malo: nam, ut ait \*Palatius, dum nova nupta amoribus (quæ tantum octodecim annorum puella erat) præter ætatis et infirmæ valetudinis rationem placulum indulgeret, febris corripitur, & in ipso ingressu anni sequentis, die 1. Januarii, celeriore fato uxori simul & rebus humanis valedicit.

Interim & hoc anno ex Imperii Principibus decessit Uriel Archiepiscopus Moguntinus & nostræ Diœcesis Metropolitæ; quem alii tertiâ, alii undecimâ, alii verò nonâ Februarii (prout in ejus epitaphio legitur) huic seculo subtractum volunt. In hujus locum, die 9. Martii, unanimi Canonorum suffragio postulatus est \*Albertus Brandenburgicus, ejusdem Ecclesiæ Canonicus; quem & anno superiore ad Magdeburgensem & Halberstadiensem insulam pervenisse diximus. Virum hunc ad eam dignitatem quasi fictum factumque fuisse, non falsò dixerim. Erat enim singularis amator status Clericalis: cujus incensissimo desiderio per quadragesimam anni superioris (priusquam ad ulla insulas postulatus esset) Presbyterium suscepit, atque in octava Paschatis \*Berolini publicè ac solenniter Missam decantavit, nondum expleto ætatis anno vicesimo tertio. Exinde singulis diebus in capella, ab ejus fratre Joachimo I. præparata, cum aliis octo sacerdotibus Divinum

7011111111  
Veneti à  
Cæsareis  
cæduntur  
prope Mu-  
ranum.

\*Palat. in  
Aq. Austr.  
pag. 252.

Henricus  
VIII. An-  
gliæ Rex re-  
cedit à fœ-  
dere Cæsá-  
reo & His-  
panico.

\*Surius ad  
hunc ann.  
Spondan.  
& alii.  
\*Palat. in  
Aq. Austr.  
pag. 252. n.  
179.

Uriel Ar-  
chiepiscop⁹  
Moguntin⁹  
moritur:  
cui succedit  
Albertus  
Brandebur-  
gicus.  
\*Serar. l. 5  
rerum Mo-  
gunt.

\*Trish. 10.  
2. Chron.  
Hirs. ad  
ann. 1513.

\*offi  
motu  
genf

anno

enim

flam

de re

di So

aulas

lium

sis Ep

berg

castr

patro

pulsu

in ha

laum

laum

in la

ipfor

niti.

cto c

di ho

trata

habi

rint,

His

tibus

mici

alter

apuc

tudin

mis

quof

dide

mini

Null

vel e

ex ro

hovi



\*officiū devotissimè peregerat, usque dum ad sacras infulas ad-  
motus esset, uti refert Joannes Trithemius, in aula Brandenbur-  
genſi cum primis notus.

\*Trithem.  
ibidem.

Triste rursus, & vel ipsis barbaris execrandum facinus hoc  
anno vidit Westphalia in Conrado Comite Tecklenburgico. Is  
enim, ut ante diem regeret, præposterâ dominandi libidine in-  
flammatuſ, Ottonem patrem suum nefariè trusit in carcerem. Qua  
de re cum acerbissimè quererentur boni omnes; ejusdem Conra-  
di Soror, Comiti Bronckhorstiano nupta, Procerum vicinorum  
aulas pientissimè imploravit, ut captivo patri repentinum auxi-  
lium ferrent. Convenerunt igitur Monasteriensis & Paderbornen-  
ſis Episcopi, simulque Comites Oldenburgensis, Lippiensis, Rit-  
bergensis, & Schawenburgensis, hominemque impium in suo  
castro Tecklenburgico minis & armis ita presserunt, ut Ottonem  
patrem è vinculis relaxare, & gubernationi pristinae restituere com-  
pulsus fuerit. Neque tamen id erat primum impietatis exemplum  
in hac familia. Nam & idem hic Otto Comes paulò antè Nico-  
laum fratrem, & idem ille Nicolaus ante annos non multos Nico-  
laum patrem in vinculis attinuerat.

Otto Co-  
mes Teck-  
lenburgic⁹  
à Conrado  
filio suo  
conjicitur  
in vincula.  
Chytraeus  
ad hunc  
annum.

Hamel-  
man in ap-  
pendice  
Chron. Of-  
nabr. pag.  
643.

Sed iterum  
è vinculis  
eripitur à  
vicinis Epi-  
scopis.

Auctores  
iidem.

Detecta e-  
tiam socie-  
tas quorun-  
dam latro-  
num, qui  
diu pluri-  
mos occi-  
derunt in  
Marcano  
comitatu  
Westphal-  
iæ.  
Chron. Tre-  
mon. ms.

Prodiit & aliud hoc anno scelus hominum, longo tempore  
in latrocinis aliisque horrendis flagitiis versatorum. Præcipui  
ipsorum duces fuere tres fratres Westphali, in oppido Lunensi ge-  
niti. Quorum unus, cum in homicidio prope Hammonam fa-  
cto comprehenderetur, sinè mora factus est, multa alia hujusmo-  
di homicidia à se suisque duobus fratribus communi studio perpe-  
trata esse: quin & incestuosos coitus cum propria matre ab iisdem  
habitos; & si quas alias mulieres in abstrusioribus locis corripue-  
rint, easdem violenter à se vitiatas, & peracto scelere jugulatas.  
His enuntiatis, etiam alii duo fratres in diversis Westphaliæ par-  
tibus comprehensi. Primusque eorum, qui triginta quatuor ho-  
micia confessus fuerat, Hammonæ quadrifariam dissectus est:  
alter, qui septuaginta quinque cædes perpetraverat, Paderbornæ  
apud nos; ac tertius, qui similiter non parvam hominum multi-  
tudinem trucidarat, apud Unnam in comitatu Marcano gravissi-  
mis suppliciis facinorum suorum poenas exsolvit. Iidem & alios  
quosdam Lünenses oppidanos, flagitiorum suorum socios, pro-  
didere; qui similiter prope Unnam oppidum feriâ secundâ post Do-  
minicam in albis crurifragio plexi, ac deinde in rotam acti sunt.  
Nullusque ex numero eorum fuit, qui non quinque, vel septem,  
vel etiam viginti quatuor homicidia commisisset; uti per bacillos,  
ex rotis eorundem pendulos, demonstratum esse, refert \*West-  
hovius. Potissimum verò scelerata hæc latronum societas defæ-  
vicerat

\*Westhov.  
in Chron.  
Tremou.  
ms.



vierat in viatores exteros, peregrinis ex urbibus adventantes : eaque  
 \*diverforiū  
 inter Lü-  
 nam &  
 Hammonā.  
 res multis annis occulta mansit, quod ab iis hominum occiforum  
 corpora prope villam seu diverforium (cui nomen \*Birckenbaum)  
 in profundum puteum conjecta essent.

## Annus Christi 1515.

LEONIS X. Pontificis 2. & 3.

MAXIMILIANI I. Imper. 22. & 23.

ERICI Episcopi Paderborn, 7.

Ludovicus  
 XII Rex  
 Gallie mo-  
 ritur Kalen-  
 dis Januarii.  
 Succedit  
 Franciscus I,  
 Palat. in  
 Ag. Austr.  
 Spondan. &  
 Sarius.

Hic, reno-  
 vato cum  
 Venetis fe-  
 dere, in Ita-  
 liam profi-  
 cisitur ad  
 recuperan-  
 dum Me-  
 diolan.  
 Auctores  
 iidem.  
 Chytraus ad  
 hunc annū.

\*Salutia  
 urbs Italia  
 in Pedemon-  
 tio, vulgo  
 Saluzzo.

Helvetos  
 pro Stortia  
 pugnant  
 feliciter ce-  
 dit, & Me-  
 diolanensē  
 Ducatum  
 recuperat.  
 Auctores  
 iidem.  
 Langius in  
 Civ. Ci.  
 117.



Alendis Januarii bellicosam animam exhalavit Ludo-  
 vicus XII. Galliarum Rex : & quia prole masculâ de-  
 stitutus erat ; Franciscus I, Comes Engolismensis,  
 proximioris cognationis titulo ad coronam evocatus  
 est, unctusque Remis die vicefimâ quintâ Januarii. Is, ut erat  
 avidissimus recipiendi Ducatus Mediolanensis, in primo statim re-  
 giminis aditu renovavit armorum foedus cum Venetis ; ac deinde  
 per ætatem hujus anni cum ingenti exercitu properavit in Italiam.  
 Prima belli auspicia dependebant à felici transgressu Alpium. Nam  
 in harum introitu miles Helvetus ita occupârat omnes viarum an-  
 gustias, ut vix ulla penetrandi spes videretur affulgere. At Fran-  
 ciscus, nihil istis obstaculis territus, inimicorum suorum consilia  
 novo prorsus consilio fregit ; omnemque exercitum suum, tam  
 equestrem quàm pedestrem, unâ cum tormentis bellicis deduxit  
 per altissimos asperrimosque scopulos etiam solo aspectu horridos ;  
 labore quidem immenso difficillimoque ; sed tamen hostibus omni-  
 no inscius, neque prius hunc descensum advertentibus, donec  
 omnis miles in aperta \*salutiarum devenisset. Indè rectâ Medio-  
 lanum progrediens, nobilissimam, ab Helvetis Maximiliani Du-  
 cis adjutoribus, victoriam reportavit. Initium conflictus fuit Idi-  
 bus Septembris, quando Helveti duabus ante vesperum horis Gal-  
 licanum exercitum adorti sunt : pugnatumque in multam noctem  
 pertinacissimis utrimque animis, donec propter immodicas tene-  
 bras aliquantisper conquiescere necessum fuerit. Mansere tamen  
 in armis omnes : & ipse Rex, ut erat indutus apparatu martio,  
 somnum in arena cepit reclinato ad bellicum tormentum corpore.  
 Altero mane, nimirum die 14 Septembris, albescente cœlo novis  
 animis resumpta est pugna : in eâque tandem Helveti, propter  
 allapsa Venetorum auxilia, campo cedere coacti sunt, amissis ex  
 parte sua quindecim millibus ; reliquis autem diffugientibus ac dis-  
 persis. Finito prælio Franciscus Rex Mediolanum victor ingressus  
 est;



est; brevique post etiam arx huic urbi adfita cum toto Mediolanensi Ducatu in potestatem Gallorum rediit, Maximiliano Duce capto & in Franciam deportato: ubi & finem vivendi fecit.

Cæsar hoc rerum statu novis amicitiiis Austriacam Domum firmaturus, Sigismundum Poloniae, ejusque fratrem Vladislaum Hungariae ac Bohemiae Regem, humanissime invitavit Viennam Austriae. Quod cum illi pari humanitate condixissent, Cæsar iis processit obviam haud procul à Vienna; ibidemque in aperto campo tres illi Reges sese invicem jucundissime complexi sunt, dicente Cæsare: *hæc dies, quam fecit Dominus!* & Sigismundo respondente: *Faxit Deus, hunc nostrum \* congressum Christianæ Republicæ salutarem esse!* Institutâ dein brevi hilarique venatione, pernoctatum est in vicinis arcibus. Alterâ verò die, quæ erat decima septima Julii, solennis Regum ingressus in urbem Viennensem habitus, universâ multitudine civium cum omni Clero, Magistratu, & Academiae proceribus, in occursum hospitem effusâ. Pompam hujus introductionis ex parte Cæsaris adauxerunt Matthæus Episcopus Gurcensis, Coadjutor Salisburgensis, & S. R. E. Cardinalis, inter Hispanum Anglicumque Legatos medius, Christophorus Archiepiscopus Bremensis, Joannes Episcopus Ratisbonensis, Wiguleus Episcopus Passaviensis, Christophorus Episcopus Labacensis, Bertholdus Episcopus Chiemenis, Guilielmus & Ludovicus Bavariae Duces, Casimirus Marchio Brandenburgensis, Albertus Dux Mecklenburgicus, Udalricus Dux Würtembergicus, multique illustres Imperii Comites, præstantissimo ornatu fulgidi. Nec minori ferè pompâ se ostentârunt duo Reges advenæ. Nam ex parte Sigismundi Poloniae Regis in urbem comitati sunt Matthias Episcopus Vladislaviensis, Joannes Episcopus Posnaniensis, Petrus Episcopus Premisliensis, unâ cum Palatino Sendomiriensi, Lublinensi, Vilnensi, & aliis magni nominis: ex parte autem Vladislai, Hungariae ac Bohemiae Regis, Thomas Cardinalis & Archiepiscopus Strigoniensis, Hungariae Primas, Gregorius Archiepiscopus Colociensis, Georgius Episcopus Quinque-Ecclesiensis, Ladislaus Episcopus Vacienis, Michaël Episcopus Bosnensis; & quod omnium caput est, Ludovicus & Anna, Vladislai Regis egregia Soboles. Exinde sequenti triduo Cæsarem inter & Reges consultatum est de rebus Regni: conventumque primò, ut inter eos maneat arctissima & nunquam dissolubilis amicitia: deinde ut in hujus amicitiae confirmationem Anna, Regis Vladislai Filia, desponsetur Ferdinando Archiduci, Maximiliani Imperatoris ex filio Philippo nepoti; & vicissim Ludovicus, ejusdem Vladislai filius, desponsetur Mariæ Archiduci,

Congressus Maximiliani Imperatoris, Sigismundi Poloniae, & Vladislai Hungariae Regis prope Viennam. Cuspinianus in Diario ipsius congressus. Palat. in Aq. Austr. Langius in Chron. Cistic. Chytraus & alii. \*Palatius loc. cit. Cæs. cum duobus Regibus magno splendore Viennam ingreditur. Cuspinianus in Diario hujus congressus ap. Frecher. to. 2. ver. germanic. Ludovicus Regis Hungariae filius despondetur Mariæ Austriacæ: & Anna Regis Hungariae filia despondetur Ferdinando Archiduci. Cuspinianus loc. cit. Surius in comment.



eiusdem Imperatoris ex filio Philippo nepti. Quibus utrimque stabilitis, reliqui dies usque in mensem Augustum venationibus, ludis, & oblectationibus dati sunt; ac tandem conjunctissimi Reges non minori, quam quo venerant, honore rursus dimissi.

Philippus  
Archiep.  
Colonien-  
sis moritur:  
cui succedit  
Hermannus  
de Wieda.

Surius in  
comment.  
Cratopol.  
in Catal.  
Arch. Col.  
\*Cratopol.  
loc. cit.

Eodem anno è vicinorum nobis Antistitum numero defunctus est Philippus Archiepiscopus Colonienfis, vir insigni prudentiâ & humanitate præditus. Luculentum utriusque hujus virtutis exemplum inter alia dedit, quando comperit, non paucos è Nobilitate patria sibi clanculum inimicos esse. Tunc enim eosdem illos humanissimè invitavit ad convivium; interque geniales epulas, veluti per jocum, interrogavit eos: *Quot proditores habuerit Christus inter suos?* Respondentibus autem illis: *unum duntaxat, nempe Judam Iscariothem:* singulari comitate reposuisse fertur: *at egotipenè proditores habeo, quot convivas.* Atque hoc dicto, cum adhuc pergeret amicè ac hilariter cum iisdem agere, ita animos convivarum ad se rapuit, ut infida ipsorum consilia humanitate magis quam severitate disturbaverit. Successorem in Episcopatu nactus est Hermannum de Weda, qui & postea anno 1532 Paderbornæ apud nos ad cathedram Episcopalem venit. Initia ejus in utroque loco fuerunt bona. Sed, quia minùs literatus & in questionibus fidei neutiquam versatus erat; à Martino Bucero, Apostatâ Dominicano, tandem seductus est, & initia bona sine pessimo corrupit, quemadmodum suo loco referetur.

Theodoricus à Monasterio, qui & aliàs Theodoricus de Osnabrugo dictus est, ex ordine S. Francisci de strict. Observ. cum fama sanctitatis moritur Lovanii.

Annal. Ordinis ref. Vita ejus à Raisio edita \*Raisius in ejus vita. monumenta Provincialia istius ordinis.

Longè beatiori morte Westphaliam hoc anno illustravit Venerandæ memoriæ vir, Theodoricus Cœlde ex ordine S. Francisci strictioris Observantiæ, natione Westphalus, hoc anno sanctissimè defunctus in Conventu Lovaniensi, die undecimâ Decembris. Virum hunc aliquando à loco natali patris, qui origine Osnabrugensis erat, appellârunt cum Trithemio Theodoricum ab Osnabrugo; aliquando autem & multò soepius à loco natali proprio Theodoricum à Monasterio: nam in hac urbe domicilium fixerant parentes ejus, ibidémque pariter jure civico donati erant. Id quod cum in monumentis Provincialibus ejusdem ordinis clarissimè annotatum, sed à quibusdam recentioribus ignoratum fuerit; diversitate nominum decepti, unum eundémque Theodoricum in duas personas divisère. Literarum Philosophicarum causâ à parentibus suis missus erat Coloniam Agrippinam. Ubi postquam præclarissimè in studiis profecisset, aggregare se primò cœpit ad Ordinem \*Eremitarum S. Augustini: inde verò non multò post, superioris vitæ desiderio, amplexus est Ordinem S. Francisci de strictiore Observantia, quem id temporis religiosæ pietatis & virtutum studia maximopere commendabant. Et verò hujusmodi

mu-



mutationem Deo placitam, atque ex ejus voluntate vel impulsu susceptam fuisse, eventus docuit. Nam ex eo tempore tam eximium verbi Divini præconem effecere Superi; ut, cum totum ferè Belgium concionando & catechizando peragraret, ubique admirabilis doctrinæ & sanctitatis vestigia post se relinqueret. Hunc in finem addiderat illi Deus non modo singularem in dicendo gratiam; sed etiam in agendo vim & energiam, de qua <sup>\*Trith. l. de</sup> Trithemius, <sup>viris illu-</sup> cum eo vivens, ita loquitur: *Theodoricus de Osenbrück* (aliàs de <sup>stribus.</sup> Münster) *Ordinis Fratrum Minorum Coloniaensis* <sup>\*hac provin-</sup> *Provinciae*, <sup>vincia eo</sup> *vir est* <sup>tempore</sup> *in Divinis scripturis exercitatum habens ingenium, declamator sermo-* <sup>complete-</sup> *num popularium famosissimus: cujus vitam omnes, qui cum noverunt,* <sup>batur Bel-</sup> *sanctam et religiosissimam prædicant. In sermonibus enim faciendis ad* <sup>gium.</sup> *populum tantâ gratiâ divinitus illustratur, tantâ facundiâ loquitur, tantâ denique compunctiōne et dulcedine auditores suos afficit, ut similem inter Germanos habuerit neminem. Unde et per totam provinciam generalis prædicator constitutus est.* Multa hac de re, uti etiam de illius ardentissimo animarum zelo, aliisque virtutibus, quibus cum admiratione omnium excelluit, scribi possent, sed his omiſſis, hic solum adjungo ea, quæ ad Spiritum ejus Propheticum, rerumque arcanarum notitiam pertinent. Cum Antwerpia <sup>\*Guardianum</sup> ageret; inde ad oppidum Hochstraten <sup>\*circa an-</sup> *vectus, in curru publico Virginem offendit Catharinam nomine:* <sup>nium 1509.</sup> *quæ, ut erat adhuc recens alteri promissa & coccineo indumento fulgens, identidem respiciebat anxia, ne pretiosus ille vestium suarum nitor ab excusso è rotis luto asperſionem caperet. Huic Theodoricus <sup>\*dicebat ore fatidico:</sup> *desine, mea filia! desine vestimen-* <sup>\*Raisius in</sup> *ti hujus nimiam custodiam gerere! non diu amplius uteris illo; sed assu-* <sup>vita Patris</sup> *mes aliud indumenti genus, de quo nondum cogitas. Uti dixit, ita factum.* <sup>Theodorici,</sup> Accidit post breve tempus, ut ejusdem Catharinæ soror Hochstratenſi in oppido ingrederetur Monasterium S. Claræ. In quo actu religioso cum Theodericus nuptialem illi concionem diceret, spirituali verborum pondere adeo commota est Catharina; ut abdicato protinus mortali sponſo, religiosam vitam conjugio antetulerit, & in eodem Hochstratenſi Monasterio ætatem reliquam Christo Domino consecravit. Alio tempore invitatus à viro Nobili, aliisque & alia fercula in mensam afferri <sup>\*videns:</sup> *Quanta,* <sup>\*Raisius in</sup> *inquirebat, hic est ciborum abundantia: et, eheu! quanta apud alios* <sup>ejus vita.</sup> *eorundem penuria? Ausimne petere abs te, mi Domine! ut ex eis mittatur aliquid ad hominem, occultâ inopiâ pressum? Annuente Domino, præceptum aliquid congestumque in unam lancem cooperatam linteo, quam Theodoricus famulo domestico tradens: *va-* <sup>\*die schrei-</sup> *de, inquirebat, ad plateam <sup>\*scriniariam,</sup> et cibum hunc infer in domum* <sup>ner strasi.</sup> *illam,***



illam, in quam a volabit linteum à vento raptum. Paret famulus: abripitur à vento linteum, detruditurque in domum civis, communi hominum opinione divitis. Eam verò cum intrare non aude- ret famulus, continuo scutellam cum cibis retulit; edixitque Pa- tri, domum hanc opulentiorē esse, quàm ut hujusmodi cibo- rum frustula in eandem inferre audeat. Ad quæ verba sanctus vir: *scio, scio, quanam sit ista domus: tu modò perge, dictisque meis obsecunda.* Redit igitur ad eam famulus: & ecce? ut primùm penitus intro- greditur, videt omnia plena fame; intèrque alia duas proles, por- corum filiquis esuriam sui ventris mitigantes. His prodigiis in vita gestis accessit etiam prodigiosa multumque admiranda mors. Die undecimâ Decembris, quæ illi postrema fuit, Lovanii de sug- gestu sacro edicebat publicè, *depositionem tabernaculi sui velocem fore.* Dimissâ concione pergit ad sacrificiam templi, præpa- rat se ad offerendum Sacrificium, devotione maximâ ad aram fa- cit: atque, ut erat rigidus communis vitæ sectator, consuetâ re- fectionis horâ simul cum aliis fratribus ad mensam adit. Sub ea mortem viciniorē sentiens, iterum surgit è triclinio, cubiculum suum repetit, in genua supplex devolvitur: dùmque agonem su- um complicatis manibus Deo commendat, eodem penè tempo- ris momento beatam animam exhalat. Interea post ipsum emit- titur Fratrum aliquis, ut videat, quid agat? quæ valeat? quid ei- dem accidat? sed jam serò nimis. Cùm enim cubiculum ipsius aperit, jam exanimem ac defunctum reperit, genibus adhuc flexis, & manibus ad orandum compositis. Acta sunt hæc Lovanii, ubi sepultus est in choro templi cum hoc epitaphio: *Hic jacet sepultus Venerabilis ac devotus Pater, Frater Theodoricus à Monasterio, eximius Prædicator verbi Dei, quondam hujus Conventus et aliorum Guardia- nus.* Ossa ejus anno 1618. die 12 Septembris \*iterum exhumata, & in sacello valetudinarii Lovaniensis etiamnum asservantur in arca lignea & elegante.

Mortem suam eodē die, quo obiit, præ- dixit publi- cè in con- cione.

Raisius in ejus vita. Annales Provincie.

Ossa ejus elevata as- servantur in valetudi- nario cœ- nobii Lo- vaniensis. Raisius in ejus vita.

Ferdinand⁹ Hispaniæ Rex mori- tur, & hæ- redem sceptri de- claravit Ca- rolum Au- striacum.



Sub initium hujus anni, die xxiii. Januarii decessit Ferdinandus cognomento *Catholicus*, Hispaniarum Rex potentissimus: hæredemque sceptri decla- ravit Carolum Austriacum, ex ejusdem filia Joanna genit-

## Annus Christi 1516.

LEONIS X. Pontificis 3. & 4.  
MAXIMILIANI I. Imper. 23. & 24.  
ERICI Episcopi Paderborn. 8.



genitum, qui paulò antè\*provinciarum Belgicarum gubernationem aggressus erat. Hic, ut pacificè transiret in Hispaniam, neque interim à Gallis turbarum aliquid vereri posset in Belgio Regnòque Neapolitano; sinè mora cum Francisco I. Galliarum Rege novum pacis & amicitiae foedus ineundum censuit: id quod etiam Augusto mense praesentis anni per utriusque partis Legatos Novioduni percussum firmatumque est. Nec multò post etiam Caesar in favorem Caroli nepotis eidem foederi se adjunxit: & quia Gallus Veronam repetebat pro Venetis belli praeteriti fociis; etiam urbem hanc eà lege reddidit, ut pro illius restitutione intra semestre spatium à Gallis Venetisque solverentur sibi ducenta aureorum millia. Quo peracto Verona ad Venetos rediit, ac demum finis bello Veneto impositus est.

Major difficultas erat eidem Carolo in tuenda interim, dum abesset, Frisia. Provinciam hanc jam ab anno 1498 legitimè obtinuerat Albertus Saxo, & post eum Georgius filius. Jamque omnes ferè urbes & oppida subjecerant se juri Saxonis, exceptà urbe Gròninganà; quae eidem diu resistit, ac tandem anno 1514, cum à Georgii Saxonis exercitu\* vehementissimè premeretur, à Carolo Geldro auxilium petiit. Is, ut erat homo turbidus & in omnes rapiendi occasiones intentissimus, repentè cum exercitu numerofo advolat, Saxones ab obsidione Groningensi rejicit, urbem intrat, juramentum fidelitatis accipit, occupatàque Snecà, Slotà, Bolswerdà, & aliis oppidis, universam Frisiam occidentalem suae potestati submittere nititur. Irritatus hac injurià Saxo, ut hosti hostem potentiorè objiceret, initio sequentis\* anni recepit se ad Carolum Austriacum, Belgii totius Dominum; acceptisque ducentis aureorum millibus jus omne, quod in Frisiam occidentalem habuit, in eundem transtulit. Submisère se protinus novo Principi munitiones urbésque illae, quae hucusque in Saxonis obsequio manserant, ac praecipuè Harlinga, Franickera, & Leoardia: reliquae verò contra jus fasque retinebantur ab invasore Geldro. Et hic, eà Saxonis renuntiatione flocci habità, etiam hoc anno\* ausus est, non solum in mari Austrio Hollandorum naves deprædari; verum etiam in Frisia urbes illas, quas Carolus Austriacus occuparat, obsidione admotà cingere. Tum verò Carolus, nihil ampliùs morandum ratus, misit illico Florentium Isselsteinium cum navali classe & quindecim armatorum millibus; quos inter non pauci Belgarum Proceres, novo Principi virtutem fidemque suam probaturi. Cum his Florentius processit primò in classem Geldricam; eaque disjectà, omnium piratarum ac prædonum colla, quotquot eorum\* comprehendere poterat,

*Spondan.  
Chytraus &  
alii passim.*

*\*nimirum  
anno 1514.  
mense Junii  
ut scribit  
Siffrius  
Petri.*

*Hic foedus  
init cum  
Rege Gal-  
liae.*

*Spond. Pa-  
lat. Chytra\*  
Cui foederi  
dum acce-  
dit Caesar,  
finis imponitur bello  
Veneto.*

*Auctores  
eadem.  
Frisia de-  
pulso Gel-  
dro, magnà  
ex parte se  
submitte  
Carolo Bel-  
garum  
Principi.*

*\*Chytraus  
l. 7. Saxon.  
Snoyus Rev.  
Batav. l. 13.  
& alii.*

*\*anni 1515.  
Chytraus &  
Snoyus loc.  
cit.*

*\*anno 1516.  
Chytraus &  
Snoyus loc.  
cit.*

*\*Auctores  
eadem.*



terat, laqueis infamibus inferi, & sparsim ad maris littora suspendi fecit. Inde verò terrestri Marte in Geldrum prodiens, Franckeram ac Leowardiam ab obsidione diuturna liberat, hostili exercitu ad primos Belgarum aspectus diffugiente. Solutionem hujus obsidii propediem futuri subsecuta est deditio Doccomii, Worcomii, Stáveræ, Hindelópæ, Bolswerdæ, multorumque militum, qui à fugitivo Geldrorum exercitu Bolswerdam se receperant.

Ericus Episcopus Paderborn, & Osnabr. mutuae assistentiae foedus inicit cum Ducibus Brunsvicensibus.

Ex literis Archivi Cathedr. Eccles. Paderb.

\*Tabula haec sunt germanica, ex quibus haec pauca latine reddidi.

Inter hos Frisæ motus Westphalia tota gaudebat hæcenus optatissimâ ab armis tranquillitate. Quam ut pro se suisque Dioecesibus conservaret Ericus Episcopus noster; hoc anno cum Henrico, Wilhelmo, & Erico Ducibus Brunsvicensibus, mutuae defensionis & assistentiae foedus inicit contra hostes, ac terrarum vel Dioesium suarum invasores qualescunque. Tabulæ\* publicæ, eâ de re confectæ, adhuc supersunt; earumque initium & finis est, uti sequitur:

**N**Os Dei gratiâ Ericus Episcopus Osnabrugensis et Paderbornensis, Dux Brunsvicensis: et Nos Henricus junior, Dux Brunsvicensis ac Lunenburgensis, pro nobis et nomine Illustrissimorum Principum, Domini Wilhelmi et Domini Erici etiam Ducum Brunsvicensium ac Lunenburgensium, fratrum nostrorum, profiteamur in his literis publicis coram omnibus hominibus, quod nos ad omnipotentis Dei laudem, Sacri Romani Imperii honorem, nostrarum Dioesium, Principatum, terrarum, subditorumque incolunitatem, pro pace, concordia, et salute earundem Dioesium, Principatum, terrarum, subditorumque nostrorum, singularem amicitiam, conjunctionem, foedusque mutuam iniverimus: idque in præsens facimus hisce literis, ita ut etc. --- Quod si et nostrum aliquis improvise marte invaderetur, Officiales et subditi nostri, qui gravata vel offensa parti viciniores erunt, non expectatâ illius requisitione statim et incunctanter cum omni armorum et armatorum robore, quantum in ea festinatione colligi poterit, etiam nobis adhuc absentibus in auxilium advolabunt; illumque et ejus ditiones ac subditos tam diu ab injuriis vindicare, eripere, et servare satagent, donec nos ad ulteriorem requisitionem cum reliquo exercitu nostro advenire possimus. --- Datum Fürstenbergæ, anno post Christum natum millesimo quingentesimo decimo sexto, feriâ sextâ post S. Catharinæ Virginis.

Fürstenbergam, ubi foedus illud conclusum est, arbitror esse eam, quæ haud procul ab Huxaria supra Visurgim sita est in Ducatu Brunsvicensi; non autem eam, quæ in campo Sintfeldico jacet intrâ Dioesim nostram. Illa enim, cum in Principum amborum finibus constituta sit, magis apta ac idonea erat ad hujusmodi congressum. De cetero jam antè per menses aliquot Ericus Episcopus in Diocesi nostra commoratus fuerat, ibique benefici-

nesice  
totiqu  
Habun  
num  
collap  
porum  
tamen  
ta liter  
Itaque  
stiti n  
Capit  
itàtan  
ad Ca  
scripto  
servet  
phalic  
quitur  
N  
literas  
nensi  
ac Hon  
clesia  
--- Da  
gilia P  
B  
mas a  
densis  
cujusc  
incola  
lud,  
abiéri

**F**



neficientiam non parvam exhibuerat Catharinæ *Grewen* Abbatissæ, totique Monasterio *Wurmelen* Virginum Ordinis Cisterciensis. Habuerant illæ quondam pro suis & pagi totius usibus molendinum aliquod in amne *Twisla*. Id quidem ante plures annos jam collapsum, & nescio qua de causa, quibusque hominum vel temporum injuriis, hucusque nondum ab iis restauratum fuerat: sed tamen adhuc supererant antiqua rudera, vel certè alia monumenta literaria, quibus ostendi probarique poterat jus antè habitum. Itaque pro eo rursus excitando humillimè supplicant *Erico* Antistiti nostro. Et ille considerato ipsarum jure, adhibitoque etiam Capituli majoris consensu, benignissimè indulget earum petitioni: ità tamen, ut id fiat citra omne detrimentum juris molendinarii ad *Calenbergense* castrum pertinentis; vitæque religiosa, ex præscripto reformationis in eodem cœnobio factæ, accuratissimè observetur. Literæ istius concessionis conscriptæ sunt linguâ westphalicâ; earumque, si latinè reddantur, initium & finis est, uti sequitur:

**N**OS *Ericus*, Dei gratiâ *Episcopus Osnabrugensis et Paderbornensis*, *Dux Brunsvicensis*, notum facimus ac profiteamur publicè per has literas, pro nobis et omnibus successoribus nostris in prædicta *Paderbornensi Ecclesia*, quòd nos cum consilio, scientia, et consensu Reverendorum ac Honorabilium Dominorum, *Decani et Capituli nostræ Cathedralis Ecclesiæ Paderbornensis*, concesserimus, indulserimus, ac permiserimus etc. --- Datum Anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto, in *vigilia Pentecostes*.

Biduo post hæc datas, *Monasterii Gerdensis* Virgines in summas angustias & pericula conjectæ sunt ex funesto incendio *Gerdensis urbeculæ*. Erumpebat hoc feriâ 2dâ *Pentecostes* \* in domo cujusdam civis: statimque tantâ ferocitate grassatum est per omnes incolarum ædes & horrea, ut intrâ paucas horas oppidulum illud, excepto *Monasterio ac templo*, in cineres & favillas totum abiêrit.

## Annus Christi 1517.

LEONIS X. Pontificis 4. & 5.

MAXIMILIANI I. Imper. 24. & 25.

ERICI Episcopi Paderborn. 9.



**E**piphaniam Domini *Maximilianus Imperator* celebravit hoc anno *Treviris*. Indè non multò post in *Belgium* profectus est ad *Carolus* nepotem suum, acturus cum eo de rebus bellicis adversus *Geldrum*. Ac-

K

cepe-

Monasterio  
Virginum  
in Wurme-  
len Diœces.  
Paderborn.  
concedit  
facultatem  
resuscitan-  
di molen-  
dinum à  
plurimis  
annis col-  
lapsum ac  
desolatam.  
Literæ Mo-  
nasterii  
Wurmel.

Oppidum  
Gerdense  
totum, ex-  
cepto Mo-  
nasterio,  
per incen-  
dium de-  
struitur.  
\* Ex diario  
ms. Henrici  
Schröder  
Abbas in  
Marien-  
munster.

Cæsar in  
Belgium  
proficisci-  
tur ad Car-  
olum ne-  
potem suum.



*Brower. in ann. Trev. Dux Geldriae dirè præfatur in Hollandia. Snoyus l. 13. rer. Batav.* ceperat hic per initia præsentis anni exercitum prædatorium novies mille armatorum hominum; quos maritimo itinere miserat ad infestandam Hollandiam, robore militari vacuam. Illic Medenblicum, Alcmariam, aliâque oppida, villas, ac pagos expilaverant; ac deinde magnis onusti spoliis, per Dioecesim Ultrajectinam se retraxerant in fines Geldriae. Ibi rursus novorum spoliis avidi, pedestri itinere se infuderant in vicinas Hollandiæ terras. Ac tamen ubique locorum immanissimè grassarentur, nullibi tamen asperius debacchati sunt, quàm in oppido Asperensi: idque non alia de causa, quàm quòd ejusdem inquilini contra prædones istos acerrimè se defenderint, ardenti pice, calce, aliisque materiis urentissimis, hominum nequissimorum capita è moenibus perfundentes. Capto igitur devictoque tandem hoc oppido, prædones isti continuò cum ingenti fremitu in omnes plateas ac domos ruere, obvios quosque furori suo immolare, sacerdotes ad aram confugientes \*interimere, mulieres partui vicinas ferro perfodere, infantium animas impacto in terram capite ex corporibus ejicere, virgines ac viduas infandis libidinibus conspurcare, aliâque id genus agere, quæ Christianus animus cogitare, nedum exequi, probrosum duceret. At carò admodum stetit illis hæc ferocia. Nam paulò post à superveniente Belgarum exercitu primum dispersi; ac deinde partim hoc, partim sequenti anno à diversis Principibus intercepti, meritisque \*suppliciis affecti sunt, aliis in furcam actis, aliis infami rotæ impositis, aliis alio pœnarum genere nocentem animam evomentibus. Neque hîc rerum hoc anno gestarum finis. Nam fugato prædonum istorum agmine ulterius processum est contra Geldrum, neque prius ab eodem persequendo destitutum, donec omnis Belgarum exercitus ante Arenacum \*staret. Ibi dum arctissimâ obsidione premeretur Gelder, & jam horribili tormentorum fragore quaterentur moenia; tandem ipse desperatis auxiliis extra urbem progredi, pacemque petere coactus est: quam etiam, interventu Legati Gallici, eâ lege obtinuit, ut acceptis à Carolo Austriaco centum millibus coronatorum, ab omni Frisia terrâ marique abstineret.

Ità Carolus Austriacus, hujusmodi impedimentis ac periculis liber, tandem hoc anno pridie Nativitatis B. MARIE Virginis conscendit classem; ventoque tam secundo navigavit in Hispaniam, ut eodem mense, die vicesimâ octavâ Septembris in Biscayam appulsus fuerit. Venientem cum ingenti gaudio susceperunt Hispaniæ totius Proceres: à quibus etiam per initia sequentis anni Vallisoletum deductus, regali solio impositus, & Hispaniæ Rex unâ cum Joanna matre sua, defuncti Regis Ferdinandi Filia, salutatus est.

Quis

\*Snoyus l. 13. rer. Batav.

Haræus in ann. Brab.

\*Auctores iidem.

Teschemacher in ann. Clivia

part. 2. pag. m. 305.

\*aliis Arnhemium.

Dux Geldriae cogitatur pacem à Carolo Austriaco petere.

Snoyus loc. cit.

Chytraus l. 7. Saxon.

Carolus Austriacus, Belgarum Princeps, in Hispaniam solvit, & initio sequentis anni coronatur Hispaniæ Rex.

Snoyus l. 13. rer. Batav.

Palat. in Aq. Austr.



Quis non putasset, eam rerum Austriacarum & Hispanicarum conjunctionem toti Imperio Germanico maximopere salutarem fore? Præsertim, cum idem Carolus Austriacus etiam biennio post ad coronam Imperii suscipiendam evocatus fuerit? sed eheu! spem illam optatissimam repente hoc anno rescidit unus defertor Monachus, Martinus Lutherus ex ordine Eremitarum S. Augustini. Erat hic anno 1483 in comitatu Mansfeldiensi prope Islebiam natus egentissimis parentibus, nimirum patre Joanne *Luder* & matre *Margaretâ Lindeman*; uti fatetur ipsemet hîc \* verbis: *Ego sum rustici filius de Mœer circa Islebiam. Ego natus ex pauperibus parentibus. Pater fuit pauper fossor montium: mater omnia ligna ad rem domesticam necessaria in dorso importavit.* Literas humaniores didicerat \* *Magdeburgi & Ifenaci*; philosophicas autem in Academia Erfurtenfi. Indè se ad ordinem Augustinianum transferens, eruditionem & ingenium suum ita excoluit, ut anno 1512 Sacrosanctæ Theologiæ Doctor creatus sit Wittenbergæ in Saxonia. Quo ex loco etiam hoc anno furere, & hæresum suarum perversa dogmata propalare cœpit. Occasio autem novarum doctrinarum fuit hæc: Leo Pontifex omnibus Christianis, qui pro bello Turcico pecuniariam opem conferrent, liberales peccatorum indulgentias dederat; iisdemque promulgandis in Germania præfecerat Albertum Archiepiscopum Ecclesiæ Moguntinæ. Hic omissis Augustiniani Ordinis Eremitis, per quos ejusmodi indulgentiæ jam ab annis plurimis promulgari sueverant, ad munus istud assumpsit Joannem Tetzeliu[m] ex ordine S. Dominici. Quod cum ægerimè ferrent Augustiniani; Joannes Staupitius, ejusdem \* Ordinis Vicarius in Germania, Martinum Lutherum Wittenbergæ doctentem incitat, ut contra novos istos pecuniarum collectores linguam suam calamumque stringeret. Neque deerat materia ad prosequendas hujusmodi cavillationes peridonea. Nam sub illo indulgentiarum prætextu collectores nonnulli quandoque dixerant fecerantque multa præter intentionem Pontificiam, quæ à viris prudentioribus concedi vel approbari nequaquam poterant. Imò Paulus Langius, ex ordine S. Benedicti scriptor coævus, in chronico Citizensi asserit, Fratrem aliquem ex ejusmodi indulgentiarum prædicatoribus ab obitu suo reliquisse duo millia florenorum aureorum, quæ è solis poenitentium lachrymis non sinè vitio corrasa fuerant. Itaque Lutherus, tam fertili in campo se constitutum videns, primò contra quæstores illos acerrimè detonuit è suggestu sacro. Postea verò, vel ab ipso verborum plausu insolentior factus, nonaginta quinque Theses in lucem edidit: in quibus non modò præcones hujusmodi; sed etiam Pontificem ipsum

Martinus Lutherus incipit suis doctrinis germaniam turbare.

\* 10 2. col. loq. men. lat. lasino.

\* Chytraus l. 7. saxon.

\* Spondan. & Surius ad hunc annum.

\* Spondan. ad hunc annum. Langius in Chron. Citiz. ad ann. 1513.



\*Spondan.  
& Surius  
ad hunc  
annum.  
\*Auctores  
iidem, &  
alii passim.

aggressus est, ejusque\*in concedendis indulgentiis auctoritatem in dubium traxit. Secuta mox ambarum partium concertatio Vulcania. Tetzelius enim, Francofurti ad Oderam, Lutheri theses ut hæreticas comburi fecit, iisdemque centum & sex alias opposuit: contra verò Lutherus\*pariter Tetzelianas theses per Academicos Wittenbergenses in conspectu totius urbis igni infausto tradidit. Ex his autem igniculis, tam improvidè succendi jussis, coortum est immane illud incendium, quod intrà paucos annos Germaniam totam in horrendas bellorum, seditionum, ac tumultuum flammæ egit, uti videbimus alibi.

Capitulum  
Osnabru-  
gense im-  
petrat à  
Leone Pa-  
pa, ut in po-  
sterum ne-  
mo ampli-  
us ad Cano-  
nicatum Ec-  
clesiæ Ca-  
thedralis  
admittatur  
nisi qui  
fuerit ple-  
næ nobili-  
tatis.

Ex archiv.  
Cathedr.  
Ecl. Osn.

Interea Collegium Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis constiterat hucusque non solum è personis genere perillustri natis; verum etiam ex aliis viris, Magisterii seu Doctoratus honore conspicuis. Quorum operâ cum se suaque bona ab iniquis appetitoribus defendi non posse crederent ejusdem Ecclesiæ Canonici, adjuvante Erico Episcopo, impetrarunt hoc anno Romæ à Leone X. Pontifice, ut, quemadmodum Paderbornæ, ita etiam Osnabrugæ, nemo deinceps ad Capituli Majoris gremium recipere-  
tur, nisi qui de Nobili Baronum vel ex utroque parente de militari genere se procreatum esse demonstraret. Pontificium diploma hac de re datum est Romæ die 17. Julii. Et quia simul complectitur multa alia, quæ ad hunc scopum non faciunt, prolixitatis evitandæ gratiâ sufficiet, primariam illius partem hic adducere.

**L**eo Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. *Adeæ, quæ Ecclesiarum, præsertim Cathedralium insignium decorem et utilitatem, nec non personarum earundem commodum et tranquillum statum concernunt, et quibus ipsarum Ecclesiarum honor augetur et status conservatur, libenter intendimus, et circa illa statuimus et ordinamus etc. . . . Quare pro parte modernorum Episcopi ac Decani et Capituli prædictorum, asserentium dictam Ecclesiam primam omnium Ecclesiarum in Saxonia per claræ memoriæ Carolum Magnum Romanorum Imperatorem sufficienter et copiosè dotatam fuisse, et bona ad eandem Ecclesiam pertinentia in terris et dominiis diversorum Principum et Dominorum temporalium sparsim sita esse, ac pro illorum defensione et conservatione assistentiam Nobilium et potentium pernecessariam existere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut de cetero perpetuis futuris temporibus nullus, etiam in quacunque facultate graduatus, quorumcunque literarum dictæ Sedis, aut Legatorum vel delegatorum ejus, seu quacunque aliâ, etiam dictâ ordinariâ, auctoritatibus ad Canonicatus et Præbendas, ac suprâ dictas et quascunque alias dignitates, personatus, et officia dictæ Ecclesiæ quomodolibet assumi deberent, statuere et ordinare, aliasque de super opportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur.*

Nos



Nos igitur modernos, Episcopum, ac Decanum et Capitulum præfatos, ipsiusque Capituli singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, à jure vel ab homine quâvis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut de cetero perpetuis futuris temporibus nullus, etiam in quacunque facultate graduatus, quarumcunque literarum dictæ Sedis, vel Legatorum aut delegatorum ejus, seu quacunque aliâ, etiam dictâ ordinariâ, auctoritatibus, ad Canonicatus et Præbendas, Dignitates, Personatus, et officia prædicta, quomodolibet admittatur; nec Episcopus et Decanus nunc et pro tempore existentes, ac Capitulum præfati, ad quemcunque recipiendum et admittendum, quarumcunque literarum, etiam quascunque sententias, censuras, et pœnas in se continentium vigore, invito compelli possint, nisi eisdem Episcopo, ac Decano et Capitulo clarissimè constiterit, quòd hujusmodi recipiendus sive admittendus de Nobili Baronum, seu ex utroque parente, de militari genere ac de legitimo thoro procreatus, et aliàs statu liber, ac scientiâ, moribus, famâ et honestate præclarus existat: ac ut quacunque collationes et provisiones, ac alia dispositiones de Canonicatibus et Præbendis, Dignitatibus, Personatibus, et officiis dictæ Ecclesiæ, etiam per Sedem prædictam aliter pro tempore facta, nullius sint roboris ac momenti, ac præsentibus literis per quascunque literas Apostolicas, quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, aliàsque fortiores, efficaciores, et insolitas clausulas, ac irritantia vel alia decreta et declarationes in se continentes, etiam per nos et dictam sedem etiam motu proprio et ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine pro tempore concessas, nullatenus derogatum existat aut censeatur derogari, nisi earundem præsentium de verbo ad verbum toto inserto tenore, et trinis literis in forma Brevis expediendis, et per intervallum eisdem Episcopo ac Decano et Capitulo intimandis, et tunc demum Episcopi et Decani et Capituli ipsius Ecclesiæ pro tempore existentium expressus ad id consensus accesserit, auctoritate Apostolicâ prædictâ earundem tenore præsentium statuimus et ordinamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam etc. - - Datum Rome apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo, die XVII mensis Julii, Pontificatus nostri anno quinto.

Ad impetrandum hoc diploma non parùm contulit Erici Antistitis, unâ cum eodem Capitulo supplicantis, auctoritas. Et hic etiam, quia nostræ simul Diocesi præerat, per ætatem hujus anni Padibornam venit; ibique desideratam diu concordiam statuit inter Monasterium Bôdecense, & vicinæ arcis ac satrapia Wewelsburgensis possessores hypothecarios, Conradum de Brencken,

Ericus Episcopus Paderb. componit lites diuturnas inter Monasterium Bodecense,



& Praefectos arcis Wewelsburgensis.

Ex literis Cancellariae Paderb.

\*Ex literis Archivi Cath. Eccl. Paderb.

\*sunt in arch. Cath. Eccl.

\*Littera transactio- nis in Cancellaria Paderb.

\*Die Tymdeler und Bodeker Markt.

Simon Comes de Lippia, prole masculinâ carens, ab Erico Episcopo reliquisq; statibus Diocesis impetrat, ut, si

cken, & Bernardum ac Joannem Dominos de Biren: quorum ille diuturno tempore Wewelsburgum obtinuerat usque in annum 1513; hi verò illud post Conradum Brenckium etiam nunc obtinebant. Utraque hæc perillustris familia, ob agrorum silvarumque Wewelsburgensium limites, jam dudum acriter decertaverat cum prædicto Monasterio, ita ut etiam à prædictis Nobilibus ad varias damnorum illationes processum fuerit. Ac tametsi postmodum res ista primò \* Coloniae, deinde & Romæ in iudicium deducta esset; nihilominus tamen Domini Bïrani, maximèque Brenckius, pendente lite, Monasterium hoc novis invasionibus, incendiis, aliisque nocementis, & pecorum abactionibus, acerbè divexaverant. Intervenit quidem his injuriis Illustrissima vidua Hassiæ Landgravia, à Bòdecensibus implorata; uti constat ex ejusdem literis ad Capitulum nostrum Cathedrale \* datis, quarum initium & finis est: *Anna, Dei gratiâ, nata Ducissa Mecklenburgensis, Landgravia Hassiæ, Comitissa Cattimelibocensis, Vidua etc. --- Datum Marburgi, sabbatho post Lucia anno M.D.XV.* Sed quia in hac lite agebatur simul de juribus bonisque Episcopalibus castri & satrapiae Wewelsburgensis; nihil aliud hujusmodi literis effectum est, quàm quòd Ericus Episcopus noster inter partes litigantes amicabilem compositionem & concordiam tentare conatus fuerit. Neque tentamen istud fortunato successu caruit. Nam inspectis partium ambarum juribus, præmissâque sequenti consultatione, res illa tandem hoc anno ad amicam transactionem \* venit; interque alia conventum est, ut pagus Haren, Oisthelmeren, & Westhelmeren, cum omnibus (uti vocant) appertinentiis suis, in posterum esse debeant sub dominio castri Wewelsburgensis: ut Marca Tyndelensis \* & Bòdecensis perpetuò maneat in usu ac dominio solius monasterii: ut arbutum Swaffensis Marcae dividatur in duas partes æquales, è quibus una pertineat ad castrum Wewelsburgense; altera verò ad monasterium Bòdecense: aliâque id genus multa, quæ prolixius videri possunt in tabulis publicis, eâ de re confectis, & sigillo quadruplici consignatis, *die jovis in sancta hebdomada Pentecostes, Anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.*

Eodem hoc tempore Simon Comes de Lippia adhuc omni prole destitutus erat; neque amplius affulgebat ulla spes, accipiendi hæredis è sua conjugè Walburge Bronckhorstiana. Itaque, ne se defuncto comitatus Lippiæ revolveretur ad Ecclesiam nostram (cui feudi masculini titulo obstrictus est) devotissimè se recepit ad Ericum Antistitem; ab eoque obnixè petiit, ut, si fortè moriturus esset non relictâ prole masculinâ, permitteretur sibi pro tali casu, unum è proximioribus consanguineis Lippiaci comitatus hæredem



dem dicere. Deliberatum est ea de re cum statibus patriæ. Et hi non modò petitioni Comitum assensum præstitere; verùm etiam (quod longè ampliùs demirandum est) incredibili facilitate mentis eidem indulserunt, ut, si in linea hæredis proximè nominandi iterum atque iterum ejusmodi casus eveniret, etiam iterum atque iterum postremus Comes è proximioribus consanguineis hæredem ac successorem sibi deligere ac nominare posset. Eâ tamen adjunctâ lege, ut feudum hoc nunquam aliter, ac masculinum censeatur, juxta antiqua Cæsarium privilegia: item ut nullo tempore deligatur ejusmodi successor, qui sit Imperii Romani Princeps; ne per ejus potentiam gravari & opprimi queat Ecclesia nostra: denique ut alter alteri in bello & aliis dissidiis fidelissimè semper assistat. Visuntur adhuc ea de re proluxæ literæ, quibus præter Episcopum & Capitulum subscripserunt, è nobilitate Joannes Dominus de Büren, Wernerus de Spiegel, Joannes de Stapel, Jodocus Westphalen, Elmerinchusius de Haxthausen, Franciscus de Hörde; ex parte Dioecesanarum urbium, Paderborna, Warburgum, Brackelia, & Borgentrica: finisque literarum est hic: *Datum Anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, die S. Odelrici Episcopi.*

79  
fortè sine  
prole mas-  
cula more-  
retur, non  
solum ipse  
possit suc-  
cessorem  
nominare  
è proximis  
cognatis;  
sed etiam e-  
jus posteri  
id possint  
per duas vi-  
ces.

Ex Archi-  
vo Cath.  
Eccl. Pad.

Quis non videt, concessionem & pactionem hanc nimis prodigam fuisse, imò & Canonum sacrorum legibus vel maximè adversantem? tantos enim Ecclesiæ fundos, videlicet Lemgoviam, Dethmoldiam, Hornam, Falckenbergam, & Lage, cum suis Satripiis, in tot generationes lineasque novas extendere, quid aliud esse aut videri potest, quàm aliqua alienationis bonorum Ecclesiasticorum species? At, quia insolitus ille favor solum eâ lege & conditione Simoni Comiti concessus est, si quidem ipse prolem masculam non acciperet: is autem postea è secundo connubio filios & hæredes consecutus fuerit cum bene longa successorum usque adhuc superstitem serie; pactio illa tam ingenti molimine stabilita, rursus casu eventum concidit.

Ceterùm & hoc anno, die 11. Septembris in festo Sanctorum Pro-  
ti et Hyacinthi, turris Ecclesiæ & oppidi nostri Brakelensis funesto incendio periit. Pro qua restauranda Ericus Episcopus anno proximo, in Dominica Reminiscere, eidem oppido literas commendatitias dedit ad corroganda piorum hominum subsidia.

Turris Ec-  
clesiæ Bra-  
kelensis ig-  
ne consu-  
mitur.

## Annus Christi 1518.

LEONIS X. Pontificis 5. & 6.

MAXIMILIANI I. Imper. 25. & 26.

ERICI Episcopi Paderborn. 10.

Per



Maximilianus Imperator celebrat comitia in urbe Augustana. *Browser in ann. Trev. Spondan. Surius & alii.*



Er ætatem hujus anni Maximilianus Imperator Augustæ Vindelicorum aperuit comitia publica, deliberaturus ibidem cum Imperii statibus de bello Turcico, mediisque ad illud exequendum necessariis. Con-  
venerunt ea de causa Electores & Principes quàm plurimi, interque alios Albertus Archiepiscopus Moguntinus, Richardus Archiepiscopus Trevirensis, Hermannus Archiepiscopus Coloniensis. Matthæus Episcopus Gurcensis & Coadjutor Salisburgensis, Christophorus Archiepiscopus Bremensis, Georgius Episcopus Bambergensis, Gabriel Episcopus Aichstadiensis, Christophorus Episcopus Augustanus, Laurentius Episcopus Herbipolensis, Joannes Episcopus Ratisbonensis, Ernestus Episcopus Passaviensis, Henricus Episcopus Razeburgensis, Petrus Episcopus Tergestinus, Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Elector, Fridericus Saxonie Dux & Elector, Joachimus Marchio Brandenburgicus & Elector, Georgius Saxonie Dux, Casimirus Marchio Brandenburgicus cum duobus fratribus, Joannes Landgravius Leuchtenbergensis, & plures alii, quos è chartis veteribus non detexi.

consultatur ibidem de bello contra Turcas.

*Auctores iidem.*

*Palat. in*

*Aq. Austr.*

Udalricus

Huttenus,

orator Sa-

xonis à Lu-

thero con-

citatus, dis-

suadet bel-

lum, & gra-

vissime in-

vehitur

contra Pon-

tificem.

*Palat. in*

*Aq. Austr.*

oratio Hut-

teni apud

Freher. so.

2. Rer.

Germ.

Consulta-

tio de bello

Turcico

differtur in

alia comitia

*Palat. in*

*Aq. Austr.*

In eo congressu, postquam Imperator & Legatus Pontificius gravissimam orationem habuere de necessitate belli Ottomanici, repente consurrexit Udalricus de Hütten, Friderici Saxonis Orationis: totòque ore & pectore Lutherum spirans, tanta cum vehementia disuasit bellum istud, ut uno simul eodèmpetue impetu in everfionem sedis Pontificiæ classicum ferale caneret. *Evomuntur, inquiebat, Legati quatuor ad nationes Christianas, ut Reges et Principes ad expeditionem instigent; ipsi verò pecuniam emulgeant, et predicent: qui crediderit et decimas solverit, salvus erit! O avaritiam immensam et carentem fundo! Provenit Pontifici ex sua terra weelgal, quantum nulli Regum Christianorum. Et tamen asinos auro onustos Romanam mittimus, aurum cum plumbo mutamus, negligentias (hem! lapso calamo) indulgentias passim admittimus! --- Turcam profligare vultis: laudo propositum. Sed vehementer vereor, ne erretis in nomine. In Italia querite; non in Asia. Contra Asiaticum quisque nostrorum Regum pro finibus suis defendendis per se satis est. Ad alterum verò domandum totus orbis Christianus non sufficit. --- Hic ubique grassatur, et sanguinem miserorum sitit etc. Quis non videt hæc & alia complura, quæ novus iste cerberus in proluxa oratione sua velut Averni spumam eructavit, fuisse meras calumnias & mendacia, à Luthero ejusque fociis putidissime conficta? & tamen ea tantum valere apud aliquos Principes à Friderico Saxone concitatos, ut negotium*



gotium expeditionis Turcicae usque in alia comitia differendum fuerit, Maximiliano Imperatore tam iniquis ipsorum tergiverfationibus frustra obnitente.

Inter hæc Lutherus à Pontifice Romam accersitus, Friderici Saxonis & aliorum operâ id impetraverat, ut à Legato Pontificio de doctrina sua audiretur in Germania: & quidem in comitiis Augustanis, ubi Legatus Pontificius, Cardinalis Thomas Cajetanus, adhuc agebat cum Cæsare & Principibus. Ab eo pressus impulsusque, ut errorum suorum palinodiam caneret, fateri quidem noluit se errasse; postridie tamen, puta VII. Idus Octobris, in confessu quatuor consiliariorum Cæsaris chartam aliquam suâ manu scriptam Cardinali tradidit, & eidem prælegit in hæc verba: *Ego Frater Martinus Luther Ordinis S. Augustini protestor, quod reverear et sequar Sanctam Romanam Ecclesiam in omnibus meis factis et dictis, presentibus, præteritis, et futuris. Si quid mihi excidit, quod contra vel aliter dictum fuit vel fuerit; rogo et volo, id pro non dicto haberi et habere.* Similiter & hoc anno scripsit ad Leonem Pontificem, suaque omnia eidem judicanda submisit hisce verbis: *Beatissime Pater! prostratum me pedibus Tuæ Beatitudinis offero cum omnibus, quæ sum et habeo. Vivifica, occide! voca, revoca! approba, reproba, ut placuerit! vocem tuam vocem Christi in Te præsentis et loquentis agnoscam.* Sed hæc agebat & scribebat vir nequissimus, ne initio statim videretur ab Ecclesia Catholica defecisse. Atque ideo, cum adhuc acrius urgeretur à Cardinale supra dicto, ut errores hucusque sparfos apertius recantaret; periculi declinandi causâ clanculum se subduxit. Nec multò post ex urbe Wittenbergensi de confessione sua, coram Cardinale & aliis facta, perversè ac subdole\* ita scripsit: *Posteriorem responsonem meam, etsi cum multa reverentia dedi, ac velut in arbitrium summi Pontificis reposui: non tamen id me fecisse credas, quod de re ipsa dubitem, aut animi sententiam sum unquam mutaturus; sed quia oportuit reverentiam servare ei, qui vice summi Pontificis fungebatur.* Sic eo tempore versipellis homo adhuc volebat videri reverens erga summum Pontificem, quem in corde penitus contemnebat. Quid ergò mirum, quod pientissimus Imperator, in iisdem comitiis Augustanis, magnam Ecclesiæ pestem ab hoc virulento Monacho\* concitandam esse vaticinatus fuerit, edixeritque Baroni Schenckio: *Video Cacodæmonem corporali specie, Monachi istius humeris incubantem! et te quidem superstite, me autem extincto, Monachus ille turbas, calamitates, et miseras gravissimas in Imperio suscitabit.*

Præter ista religionis dissidia, etiam in Westphalia turbæ quædam excitatæ sunt à Nicolao Dynasta Lingensi, Ottonis Comit

L

Teck-

Lutherus evocatur ad comitia Augustana: ubi à Cardinali Cajetano pressus, confitetur se velle sequi doctrinam Ecclesiæ Romanæ.

Cochleus in actis Lutheri.

Surius in comm. rer. gest.

Spond. hic n. 3. & alii.

Wittenbergam rediens, ad errores pristinos revertitur.

\* apud Cochleum in Actis Lutheri ad hunc annum in fine.

\* Palat. in Aq. Austr. Carol' Stengel in comment. rer. August.

par. 2. c. 64. florimund. Remund.

& alii.

Ericus Episcopus Monaster. Lin-



gam occu-  
pat, & Ni-  
colaum Co-  
mitem pro-  
pter depræ-  
dationes  
publicas è  
Dynastia  
ejicit.

chron. Mo-  
nast. ms.

Chytræus

l. 7. Saxon.

Comes eje-  
ctus fugit

ad Duce[m]

Clivensem,

qui frustra

ab Erico pe-  
tit restitu-

tionem Dys-

nastia,

chron. Mo-

nast. ms.

Clivensis

ad sequenti

capit ali-

quos mer-

catores

Monaster.

chron. Tre-

mon. ms.

chron. Mo-

nast. ms.

Dynastia

Lingensis

anno 1520

Nicolao re-

stituitur,

urgente Ca-

pitulo &

statibus pa-

tria.

chron. Mo-

nast. ms.

\* anno 1520

Tecklenburgensis fratre. Invaserat hic vias publicas, infestave-  
rat itinera, spoliaverat mercatores, maximeque Monasterienses,  
ditioni suæ vicinissimos. Ac tametsi idcirco ab Episcopo Mona-  
steriensi de restitutione spoliū compellatus esset, contemptis hu-  
jusmodi monitionibus non solum recusabat ablata reddere; sed  
etiam anteriores injurias iterum atque iterum novis injuriis accu-  
mulabat. Quare Episcopus, rem experturus, castra locat ad ur-  
bem Lingam; eaque tandem expugnata, intra breve tempus Dy-  
nastiam totam in suam suæque Dioecesis potestatem redigit. In-  
terea Comes, liberorum expers, Joanni Clivorum Duci Linga-  
se Dominium obtulit; id unum ab illo postulans, ut ejusdem auxi-  
lio Lingam reciperet, quam diu in vivis ageret. Lætus eo mu-  
nere Dux continuo scribebat ad Episcopum, simulque minabatur,  
se hostem ipsius fore, nisi Linga quantocyus redderetur Nicolao  
Comiti. At Episcopus, ejusmodi minas flocci pendens, intrepide  
respondit Clivio: *hostem alium à se nesciri, quam Nicolaum Co-*  
*mitem: ab hoc se injuriis appetitum: hunc à se justissimo bello domitum;*  
*et veluti prædonem publicum dominio suo exutum esse. Id si Dux ulcisci*  
*velit, expectari à se adventum ejus: sibi tam parum formidinis esse ab*  
*hoste voluntario, ut etiam præsidat, suam Dioecesim filo serico circumda-*  
*cere; interimque videre, quis filium istud se nolente ausit incidere.* His  
intellectis, paulisper conquievit Clivius. Per Autumnum verò se-  
quentis anni coepit aggredi mercatores Monasterienses, præfer-  
tim eos, qui Coloniam nundinandi causâ cornutum pecus dedu-  
cebant: eorumque duos non solum interceptit; verum etiam re-  
bus omnibus exspoliatos, in custodiam & captivitatem traxit. Of-  
fensus eo facto Præsul cogitabat illico parare bellum adversus Cli-  
vium: petebatque in hunc finem à statibus patriæ, ut indulgerent  
sibi, à quolibet subdito per singula capita pauculos duntaxat num-  
mos in hoc bellum exigi. At illi non putarunt operæ pretium fore,  
ut parvæ hujus Dynastia causâ Dioecesis tota in periculum ca-  
deret: ideoque petitionem istam non solum rejecere; sed etiam as-  
siduis importunisque precibus Episcopum \* adegerunt, ut Clivii  
Ducis comminationi cederet, & Nicolao Comiti Lingense domi-  
nium restitueret. Fecit igitur, uti volebant; sed animo invitis-  
simo: memorantque passim Annalista Monasterienses, ex eo tem-  
pore Episcopum hunc præ dolore vel tædio paulatim ita contabu-  
isse, ut biennio post, nimirum anno 1522. mortalem vitam dese-  
ruerit. Quin & iidem ipsi, qui restitutionem Lingæ tam impo-  
tenter urserant, suo damno didicere postea, quam improvide &  
imprudenter egerint. Nam anno 1526 ingratus ille Comes  
recessit iterum à Joanne Clivio, seseque contulit in clientelam Ca-  
roli



roli Geldrorum \* Ducis : qui deinde ex eodem Lingensi oppido Monasteriensem Diœcesin pro inquieto ingenio suo non parùm divexavit.

De rebus Diœcesis nostræ nihil hoc anno reperitur , quàm quòd Ericus Episcopus noster, *feriâ sextâ post Latave*, in arce Reckenbergensi prope Wiedenbrugum composuerit litem , in causa Delbrugenfi habitam cum Nobilibus de Hôrde, castri Bokenfis possessoribus. Item quòd Henricus Schröder, electus Abbas in Marienmünster, die undecimâ Augusti ab eo confirmatus; & sequenti anno, die vicefimâ Julii, per Suffraganeum ejus Joannem Episcopum Tepehlicensem consecratus fuerit.

\*Chron.  
Monast.  
Pontan. in  
hist Geldr.  
ad an. 1526  
Ericus Ep.  
noster com-  
ponit litem  
cum nobi-  
libus de  
Hôrde.  
litera Pad.  
Confirmat  
electionem  
Abbatis  
Marien-  
münster.  
Henricus  
Abbas in  
Diario.

## Annus Christi 1519.

LEONIS X. Pontificis 6. & 7.

CAROLI V. Imperatoris I.

ERICI Episc. Paderborn. II.

**S**olutis anno superiore comitiis Augustanis, Imperator Maximilianus animi laxandi causâ Ænipontum, & inde post aliquot hebdomadas Kuffsteinium se receperat. Ibi febriculâ parvâ tentatus, jussit illico se deferri Viennam Austria. Sed priusquam eò pervenisset, incrementis tam celeribus aucta est morbi vis, ut Welsii in Austria superiore iter inceptum sistere compulsus fuerit. Aliam ergò viam sibi proximè ineundam videns, primùm aliquoties poenitentia & Eucharistia Sacramenta devotissimè suscepit: deinde verò, die undecimâ Januarii, etiam oleo sacro juxta ritum Ecclesiæ Catholicæ se inungi petiit. Quo peracto, cum juberet, sibi varias preces, insuperque historiam Dominicæ Passionis usque ad mortem prælegi; inter illa Evangelistæ verba (*Et inclinato capite emisit spiritum*) suum & ipse spiritum pientissimè emisit horâ tertiâ post mediam noctem, die duodecimâ Januarii. Nulla penè virtus erat, quæ in hoc laudatissimo Principe sedem non habuerit. Ut omnem animi tumorem evitaret, mortualem tumbam cum omni supellectile ad sepulturam necessaria \* tectissimè secum circumtulit; eamque frequenter inspiciens, inquiebat clanculum intrâ se: *quid te, Maximiliane, dilatas et extendis? quid multa possidens, plura appetis? tot Provincia, tot Regna, te non capiunt: et tamen erit, ut capiatur te locus iste!* zelo fidei & religionis Catholicæ, detestabatur summopere turbulenta Lutheri dogmata: atque ideo pridie suæ mortis, quâ potuit extremâ voce, rogabat adstantes Principes:

Maximilianus Imperator hoc anno moritur die 12. Januarii.  
Palat. in Aq. Austr.  
Joannes Faber in oratione sine nebris apud Freher. 10. 2 rer. germanic.

Ejusdem virtutes præclarissimæ.  
\*Palat. in Aq. Austr.  
Fervulus in virtutibus domus Austr. l. 3. c. 10.

L. 2

Re-



\*vernul. *Renuntiate Carolo et Ferdinando nepotibus meis, ut* \*Majorum suorum  
 ibid. l. 1. c. 1. *vestigii insistentes, Catholicam religionem adversus novorum dogmatum*  
 Schönleben *auctores et sectatores etiam cum vita periculo defendant.* Liberalitatem  
 in diss. de *ejus, uti & opum terrenarum despicientiam, commendant exem-*  
 de orig. Do *pla plurima; tum verò maximè hæc illius verba* \*cedro digna;  
 mûs Austr. *hominum custodia mihi demandata est; non opum: quibus, si semel ca-*  
 part. 2. *piar, illico è Rege servus futurus sum.* Plura de his ac similibus vide-  
 pag. 148. *ri possunt apud Vernulæum, Palatium, & alios non paucos.*  
 \*apud Pal. *Vacantem Imperii thronum ambivère protinus duo maximi*  
 in Aq. austr. *Reges, Franciscus I Galliarum Rex, & Carolus Hispaniæ Rex,*  
 pag. 292. *defuncti Imperatoris ex filio nepos. Pro illo stabat Archiepiscopus*  
 Vacantem *Trevirensis; pro hoc autem Albertus Cardinalis & Archiepi-*  
 Imperii *scopus Moguntinus. Illum commendabat ætatis maturitas, po-*  
 thronum *tentiæ amplitudo, opum affluentia, Principum Italicorum favor,*  
 ambiunt *& Mahometici furoris refrænandi spes. Hunc autem præter ea,*  
 Carolus *quæ in Gallo prædicari poterant, adhuc apertiùs commendabat*  
 Austriacus *sanguis Germanicus, propago Austriaca, Philippi patris jam de-*  
 Rex Hisp. *functi egregiæ ad regendum dotes, ac denique in omnium oculis*  
 & Franciscus I. Rex *constituta felicitas, quâ Romanum Imperium sub ejus avo Maxi-*  
 Galliæ. *miliano Cæsare gavisum fuerat. Itaque, ut averteretur omne in-*  
 commodum, quod è suffragiorum diversitate subnasci poterat;

Electores, à  
 Moguntino  
 persuasi  
 statuunt, se  
 non habi-  
 turos alium  
 Cæsarem,  
 quam qui  
 unanimi  
 consensu  
 electus fuerit.  
 Palat. in  
 aquil. Austr.  
 Sabinus de  
 electione  
 Caroli V.

Albertus  
 Moguntinus  
 perorat  
 pro Carolo.  
 Auctores  
 iidem.

Trevirensis  
 perorat pro  
 Francisco I.

*Id cum ab omnibus maximopere approbatum atque receptum esset, sequenti die processum est ad consultationem alteram. In ea primùm Albertus Moguntinus, pro Rege Carolo perorans, inter alia proponebat: Imperatoriam dignitatem non videri à Gallo alium ob finem appeti, quam ut eam iterum à Germanis ad Gallos transferat. Id autem illi facillimum fore, si Imperator fiat. Sicut enim adhuc recenter Mediolanensem Ducatum avulsisset ab Imperio; ita eum pariter conaturum esse, ut provincias totius Belgii et alia, quæ Domus Austriaca sunt, propter veteres inimicitias vi et armis ad se rapiat. Hæc autem Domo enervatâ vel oppressâ, cogitarent ipsi, quam umbra libertatis in posterum relinquenda sit penes alios inferiores Germaniæ Principes et Electores? Silente Moguntino, ceteri Electores post brevem colloquutionem petierunt à Trevirensi, ut & ipse pariter ediceret ea, quæ conceperat & studiosè comparaverat pro Rege Galliarum.*  
 At



At ille, jam devictus à Moguntino, potissimum adducebat: *quam florens olim ac fortunatus fuerit Imperii Romani status, quando sub Carolo Magno et quibusdam aliis Francorum Imperatoribus Germani et Galli ferè in unam Rempublicam coaluere. Hanc verò atatem auream, hac secula felicissima reduci posse per electionem Francisci Regis. Neque eidem obstare sanctionem Bullæ, ut vocant, aureæ: quippe quæ suo iudicio tantum excludat eos, qui nullam veteris Imperii ditionem possident. Inter hos autem non esse Regem Gallia, utpote regni Arclatensis et Mediolani possessorem. Videbatur hæc oratio, & quidquid in ea roboris erat, jam satis elisum esse per verba Moguntini. Pro majori tamen consultationum facilitate placuit etiam audire Fridericum Saxonem, cognomento sapientem. Respondit ille sinè magnis verborum ambagibus: Dubitari in primis à se non posse, quin electio Galli prohibita sit per Bullam auream; adeoque frustra laborari in hac aliter explicanda. Deinde et illud planum esse, quòd Carolus Hispania Rex verè ac propriè sit Princeps Germanicus, tametsi materno titulo ad Coronam Hispania evocatus fuerit. Denique et sole clariùs versari in oculis omnium, quòd periculosis hisce temporibus necesse sit, ejusmodi Imperatorem circumspicere, qui istius fastigii Majestatem et opibus illustrare, et magnâ potentiâ tueri possit. Talem verò inter modernos Germania Principes alium non occurrere, quam Carolum Hispania Regem, Austria Archiducem, Belgii totius Ducem. Hæc ubi pro singulari sapientia sua protulerat Saxo, ferè omnium septemvirorum vota in eandem sententiam inclinavit: Ipsèque Trevir eatenus assensum præbuit, ut, etiamsi Gallia Regem Hispano præhaberi cuperet, fateretur tamen, se publicæ quietis causâ ab aliorum votis non esse dissensurum. Subinde adhuc aliqui dies conscribendis, uti vocant, capitulationibus insumpti sunt; atque ita demum, die vicesimâ octavâ Junii, Carolus Hispania Rex Francofurti ad S. Bartholomæum communi omnium suffragio delectus ac proclamatus est.*

Pridie, quàm ista fierent Francofurti, celeberrima disputatio institui cœpit in urbe Lipsia inter Andream Carlstadium Lutheri asseclam, & Joannem Eckium Sacrosanctæ Theologiæ Doctorem ac Professore Ingolstadiensem. Occasionem huic pugnae literariæ dederant annotationes quædam, ab eodem Eckio primis Lutheri propositionibus appositæ, & alicui amico traditæ. Hæc cum incidissent in manus Carlstadii, audacissimis animis ad certamen scholasticum provocavit Eckium, nihil ambigens, facillimum sibi triumphum fore à viro tali, quem Lutherus antea comparaverat *Leoni mortuo*. At alium planè virum in eo reperit, quàm à Luthero depictus fuerat. Nam ab isto *Leone mortuo* in congressibus publicis, de gratia & libero hominis arbitrio habitis, adeò ad-

Fridericus Saxo censor indubiè standum esse pro Carolo: Auctores iidem.

Qui tandè unanimib⁹ votis eligitur die 28. Junii.

Carlstadius in urbe Lipsia infelicitè disputat cum Eckio. Cochlaus in actis Lutheri. Surius in comment. rer. gest.

mor-



Similiter & Luther<sup>9</sup> ibidem vincitur; & fatetur, rem hanc non esse ceptā propter Deum.

Cochlaus & Surius loc. cit.

Embser. in script. contra Lutherum.

\*Pichler in append.

Theologia polem. & alii ab eo cit.

morsus ac dejectus est, ut non modò laudem nullam; sed etiam ingentem suā confusionem è prædicto certamine reportarit, uti præter Cochlaeum & alios contestatur Casparus Peucerus, Catholicæ religionis hostis infensissimus. Neque tamen hîc finis pugnae; debellato enim Carolstadio etiam ipse Lutherus, ut athleta novus, in arenam prodit: sed æquè ac magis infelicitè. Nam in ipso statim literarii congressûs limine, cum rogaretur, ut modestè ac religiosè ageret; priùs irâ quàm argumentis victus, non finè maximo auditorum scandalo exclamavit: *non propter Deum res ista cepta est, nec propter Deum finietur.* Per quæ verba quid aliud voluit, quàm hujusmodi novitates à se procusas esse in nomine atri istius genii, de quo\* alio in loco dixit, *se non nisi Theologum speculativum fore, si non semper cacodemonem suo collo incubantem gereret.* Deinde & in ipso disputationis cursu ita pressus est ab eodem Eckio, ut fateretur primò, *se non impugnare, nec Christianè à quoquam impugnari posse primatum et obedientiam Romanæ Ecclesiæ.* Secundò, *credere se et scire, quòd detur purgatorium; fierique mentionem ejus in sacris literis.* Tertio, *admitti etiam à se illud Macchab. 2. c. 12. Sancta et salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Sed in ea confessione coram Eckio facta non diu perstitit homo versatilis, & modò asserens, modò negans eadem. Nam paulò post recessit iterum ab hac sententia, similis illi, de quo Horatius l. 2. satyrâ 7.

- - - *Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis,  
Vixit inæqualis; clavum ut mutaret in horas.*

Origo belli Hildesien-  
sis, hoc anno  
habiti.

Chytraus l. 3. Saxoniæ ad ann. 1519.

Lezner in Chron. & alii.

Nobiles Domini de Saelderen, & Franciscus Episcopus Mindensis infestant Hildesiensem Dioccesin anno præcedente Chytraus loc. cit.

Erupit & hoc anno grave bellum Joannis Episcopi Hildesien-  
sis, hoc anno  
habiti. Nobilibus viris de Salderen. Redemerat ab his Episcopus Præfecturam aut Satrapiam Lawensteinianam, quam iisdem oppignoraverat prædecessor ejus Bertholdus. Id cum ægerrimè terrent Salderi, Præfecturæ istius retinendæ avidi; mense Julio prioris anni cum prædatoria cohorte in eandem Præfecturam irruerunt: direptisque pagis & villis agrestibus, etiam oppidum Lawensteinense injectis per noctem ignibus concremârunt. Nec minore truculentia in Dioccesin Hildesiensem sævîit eorundem Salderorum fautor, Franciscus Episcopus mindensis, ex domo Brunsvicensi, homo ad galeam potius, quàm ad infulam gerendam natus. Præterquam enim, quòd hujusmodi grassatoribus tutissimum in Diocesi sua receptum præstitisset; etiam ipse eodem ferè tempore, quo Lawensteinium adorti sunt Salderi, in Præfecturam Artzensensem irruit: frustra que oppugnato Artzensi castro, circumritos hinc inde pagos rapinis ac direptionibus miserimè depopulatus est. His

offen-



offensus Hildesienſis imploraverat opem Henrici Ducis Luneburgenſis in Zell. Et hic iterum iterumque Mindenſem Episcopum ſtudioſè monuit, ut ab ejuſmodi injuriis abſtineret, & ab iniqua Salderorum factione vel tumultu ſe retraheret. At ille conſanguineorum ſuorum, videlicet Henrici, Erici, & Wilhelmi, Ducum Brunsvicenſium auxilio fretus, non modò admonitiones iſtas non admittit; verùm etiam in ipſum admonitorem pervicaciſſimè inſurrexit, filiàmque ejus Eliſabetham, Carolo Geldro deſponſatam (cùm in ſponſi amplexum properaret) prope Mindam urbem à fluvii Viſurgis tranſitu prohibere ſtudit. Quare tandem Hildesienſis, nullam concordiaſpem ſuperèſſe videns, ad arma ſe convertit, cum Henrico Luneburgico foedus contrahit, Carolum Geldrum Henrici generum ſibi adjungit, ab Erico fratre ſuo Monafterienſi Episcopo militare ſubſidium poſtulat, denique etiam vicinos Comites, Jodocum de Hoya, Simonem de Lippia, Fredericum de Diepholt, Antonium & Joannem de Schawenburg, omnes Franciſco Mindenſi inſenſiſſimos, & ab eo plurimis injuriis appetitos, contra communem hoſtem in bellum ſociale vocat. Ab his adjutus, exeunte quadrageſimâ præſentis anni caſtra movit in Dioceſin Mindenſem, devictâque illius arce primaria, quæ Petershagium dicitur, intrâ breve tempus toto Mindenſi territorio unâ cum urbe Minda potitus eſt. Inde Episcopus & foederati ejus verterunt arma contra Duces Brunsvicenſes, Franciſci jam debellati conſanguineos: nam & illi Salderis aliis que rebellibus in Ducatu ſuo receptum dederant, & Franciſci Mindenſis petulantiam conſiliis & auxiliis confirmârunt. Initio res utrimque geſta eſt ferè ſolis agrorum finiùmque populationibus: at exiguo cum fructu partium. Dum enim foederati ex uno latere incurrebant in terras Brunsvicenſium; hi viciffim ex alio latere incurrebant in terras Hildesienſes & Luneburgenſes: donec tandem prope Soltoviam in Ducatu Luneburgico ambo exercitus ſibi invicem occurrerunt. Conflictum hîc die vicesimâ octavâ Junii, certatumque fortiter ab utraque parte: ſed longè fortiùs à cataphractis Monafterienſibus & equitatu Geldrico. Hi enim acerrimâ impreſſione itâ ſe intruſerunt in hoſtiles cuneos, ut iifdem tormenta omnia & eorum uſum eripuerint. His autem ereptis Brunsviceniſium acies quantocyus in fugam acta, & ab Hildesienſibus foederatis ingenti clade proſtrata eſt. Memorantur ex hoſtibus in loco prælii cecidiſſe tria vel quatuor millia. E captivis præcipui fuère duo Duces Ericus & Wilhelmus Brunsvicenſis, duo Comites Wünſtorffius & Regenſteinius, centum & viginti viri Nobiles, intèrque eos etiam Burchardus de Salderen, belli totius fons & origo:

Henricus Dux Lüneburgenſis, ab Hildesienſi Episcopo imploratus, monet Mindenſem, ut à factione Salderorū ſe retrahat, ſed nihil efficit.

*Chytræus loc. cit.*

Joannes Episcopus Hildesienſis, contractis aliorum Principum amicitiiſ & auxiliis, hoc anno invadit & occupat Dioceſin Mindenſe.

*Chytræus ibid.*

*Ann. Hild.* Inde cum foederatis convertit ſe contra Duces Brunsvicenſes, Franciſci Mindenſis conſanguineos & adjutores.

*Auctores iidem.*

Brunsvicenſes graviffimè cæduntur à foederatis Hildesienſibus.

*Chytr. l. 8.*

*Saxon. ad ann. 1519.*

Inter alios capiuntur Ericus & Wilhelmus Duces Brunsvic.

tiam in-  
uti præ-  
tholica  
næ; de-  
vus, in  
ipſo ſta-  
e ac re-  
è maxi-  
ſta cœpta  
voluit,  
ri iſtius  
ſpeculati-  
Dein-  
kio, ut  
m impu-  
dò, cre-  
us in ſa-  
Sancta  
vantur.  
t homo  
n paulò  
loratus  
noſtri  
iſtius  
enſis, ex  
illis ejus  
æfectu-  
raverat  
Salderi,  
ni cum  
lireptis-  
enſe in-  
uculen-  
fautor,  
o ad ga-  
erquam  
ceſi ſua  
Lawen-  
irruit:  
nde pa-  
His  
offen-



origo: nec multum abfuit, quin caperetur etiam Henricus Dux, præcipiti fugâ tandem elapsus. Denique & in prædam accepta sunt tormenta bellica viginti quatuor, vasa pulveris nitrati septuaginta, equi militares propè octingenti, currus onusti amplius mille, supellex argentea Ducum, & alia quàm plurima.

Ericus Dux  
Brunsvi-  
censis li-  
bertatem  
suam redi-  
mit, & Ho-  
yano Co-  
miti resti-  
tuit arces  
ante septen-  
nium abla-  
tas.  
*Chytraus*  
*ibidem.*

Exeunte post hæc mense Julio Ericus Brunsvicensis, qui in custodia Henrici Luneburgensis erat, libertatem suam redemit eâ lege, ut præter ingentem pecuniæ summam, detentori suo persolvendam, Hoyano Comiti restitueret Erenburgum, Barenburgum, & Stoltenaviam arces, eidem Comiti ante septennium ablatas. De reliquis autem captivis, totòque belli negotio, à vicinis Electoribus exeunte hoc anno constitutum est *primò*, ut novæ armorum induciæ, prioribus jam elapsis, utrimque fierent & servarentur usque ad finem sequentis anni. *2dò*, ut Franciscus Mindensis, auditis ambarum partium querelis, intrâ sextam hebdomadam Episcopatus suo restitueretur. *3tiò*, ut Wilhelmus Brunsvicensis, aliique Domini captivi, cautione præstitâ relaxentur; sed elapso induciarum tempore in priorem custodiam redeant, nisi res eorum interea transactæ fuerint. *4tò*, ut Henricus Brunsvicensis Burhardum de Salderen nec receptu nec opibus juvet: ceterarum verò controversiarum causâ, Moguntinus, Saxo, & Brandenburgicus Electores, intrâ tempus induciarum conveniant, & eandem complanare satagant.

Porro Ericus Episcopus noster, etiamsi Ducum Brunsvicentium consanguineus, & iisdem fœdere\* conjunctus fuerit, à bello tamen supra dicto videtur sese penitus retraxisse. Nam eodem hoc anno, *feriâ quintâ post Dominicam Misericordia Domini*, in urbe Lipstadiensi cum diversis Comitibus, etiam iis, qui contra Brunsvicenses Hildesienſi Antistiti adhærebant, mutux defensionis & assistentiæ tractatum inît: uti edocemur ex ejusdem Erici literis de anno 1523, in quibus ille tractatus allegatur unâ cum his Dominorum paciscentium & contrahentium nominibus, *Philippus Dux Brunsvicensis, Erici Antistitis frater, Wolfgangus Princeps Anhaltinus, Ascania Comes, Wilhelmus Comes Hennebergensis, Philippus senior, Philippus medius, pater ac filius, et Philippus junior Comites Literæ Erici Episcopi Waldecenses, Ewerwinus et Arnoldus cognati Comites in Bentheim et de aò 1523. Steinsfort, Simon Comes de Lippia, Jodocus et Joannes Comites Holsatia et Schawenburgi, Otto Comes Rittbergensis, Conradus Comes Tecklenburgensis, Jodocus, Joannes et Ericus Comites Hoyani, Fridericus Comes Diepholdiensis, Utricus Comes de Regenstein et Blanckenburg, Wolfgangus Comes de Gleichen, Gebhardus et Albertus fratres Comites de Mansfelt, Balthasar et Christophorus fratres de Mülingen et Barbey.*

Hen-



Henricus senior Dominus de Schlaitz, et Lobenstein, Henricus Reuß de Plawen Dominus de Graitz, et Chranichfelt etc.

## Annus Christi 1520.

LEONIS X. Pontificis 7. & 8.

CAROLI V. Imperatoris. 1. & 2.

ERICI Episcopi Paderborn. 12.



Ense Junio Carolus V. Imperator feliciter ex Hispania in Belgium appulsus, maximisque gaudiis ibidem non solum à Ferdinando fratre & Margarethâ amita gubernatrice; verum etiam ab innumeris Germanicorum Principum urbiumque Legatis exceptus est. Mansit illic trimestri circiter aut paulò amplius; & interea curabantur omnia, ad solennem coronationis pompam necessaria. His autem adornatis, die vicesimâ 2dâ Octobris cum incredibili splendore Aquisgranum venit; posterâque die ibidem in Ecclesia, Caroli Magni sepulchro inclyta, inter lætissimas Procerum populique acclamationes Germaniæ Rex inunctus & consecratus fuit. Modus & forma coronationis ferè nihil singulare habuit ab aliis ejusdem antecessoribus: cetera verò, quæ ad solennem urbis ingressum pertinent, admodum superba erant, & magnifica visu. Horâ post meridiem secundâ, in aperto campo venientem excepere Principes Electores cum omni Clero urbeo & innumera populorum turba; peractisque gratulationum officiis, hoc ordine in urbem Regiam deduxerunt. Primus omnium anteequitabat Marchio Brandeburgensis cum triginta equitibus vexilliferis. Insequebantur mox tria millia peditum Germanicorum; & post eos Dux Juliacensis cum quadringentis equitibus gravis armaturæ: qui tamen omnes rectâ per urbem viâ rursum egressi sunt per aliam portam, ut omnia circa urbem loca suis excubiis tutarentur. His è vestigio succedebant equitatus Electoralis, nimirum Saxonicus, Palatinus, Brandenburgicus, Moguntinus, Trevirensis, & Coloniensis: tum deinde Aula Regia cum primaria totius Belgii Nobilitate, auro gemmisque fulgida: postremò equitatus Imperatorius circiter bis mille capitum, cum duodecim tubis tympanisque æneis. Prægresso hoc splendore militari, qui potissimam diei partem absolvebat, consecuta est ingens diversorum Religiosorum Aquisgranensium turba, in suas classes pulcherrimè distributa: postque illos, interjectis iterum duodecim æneatoribus ac tubicinibus, Majoris Ecclesiæ Canonici, complures Divûm reli-

Carolus V. è Regno Hispaniæ veniens, Aquisgrani coronatur die 23. Octobris. *Palat. in Aq. Austr. Hartmannus Maurus l. de coronat. Caroli V.*

Solennis ingressus Caroli V. in urbem. *Palatius in Aq. Austr. Hartmannus Maurus loc. cit.*

M

quias



quias, maximèque S. Caroli Imperatoris caput, & crucem Domini Servatoris nostri præferentes. His autem proximè insistebat Collegium Electorale, nitidissimis in equis confidens, & novum Imperatorem in medio sui complectens: nimirum primo loco Trevirensis, cui à dextris adæquitabat Elector Palatinus, & à sinistris Legatus Electoris Brandeburgici: tum Udalricus de Papenheim, loco ægrotantis Friderici Saxonis evaginatum gladium ante Majestatem Cæsaream vibrans: mox Imperator argenteo vestitu rutilans, deinde Moguntinus & Colonienfis Electores, postremo loco Legatus Regis Bohemiæ, velut septimi Electoris. Infra hos verò sequebantur tres Cardinales, nimirum Guilielmus Croyus Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, Matthæus Langius Cardinalis & Archiepiscopus Salisburgensis, Matthæus Schinerus Cardinalis & Episcopus Sedunensis, aliique Regum, Principum, urbiùmque præcipuarum Legati. Denique totam hanc introductionis & ingressus pompam conclusere duo millia Cæsareorum equitum, quorum singulæ turmæ diverso colore vestium difgregatæ, atque ad omnem splendorem compositæ erant.

Aquisgrano  
Cæsar pro-  
pediem ab-  
cessit Co-  
loniam, ubi  
primò indi-  
xit comitia  
Wormati-  
ensia ad ini-  
tium se-  
quentis an-  
ni: deinde  
etiam urbi  
Tremoni-  
ensi confir-  
mavit Co-  
mitatum  
Tremoni-  
ensem.  
\*Westhov.  
in chron.  
Tremon.  
ms. ad ann.  
1504.

Peractâ coronatione Carolus Imperator vix ultra biduum Aquisgrani perstitit; atque inde Coloniam Agrippinam se recepit, quò & ceteri Principes, propter metum invalescentis pestilentiæ, vel jam antè præverant, vel abeuntem profecuti sunt. Ibi primùm indixit comitia publica, sub initium sequentis anni celebranda Wormatiæ. Deinde quàm plures urbium Imperialium Legatos audiit, interque eos Hildebrandum Schwartzium, Consulem ac Legatum Tremoniensem; qui & ibidem die sextâ Novembris impetravit confirmationem Tremonienfis Comitatus, Magistratui urbico ante sedecim annos à Maximiliano Cæsare concessi. Diploma Germanicum, ea de re conscriptum, exhibetur\* à Westhovo, ejusque initium & finis hoc modo sonat. *Nos Carolus quintus, electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germania, Hispania, utriusque Sicilia Hierosolyma, Hungaria, Dalmatia, Croatia etc. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundia etc. Comes Habsburgi, Flandria, ac Tirolis etc. - - Datum in nostra et Imperii nostri civitate Colonia, die sexto Mensis Novembris, Anno post Christum natum millesimo quingentesimo vicesimo, Regnorum nostrorum, Romani secundo, ceterorum verò omnium quinto.*

Lutherus à  
Leone con-  
demnatus,  
impuden-  
tissimè fu-  
rit contra  
ipsum.

Pergebat interea Lutherus non modò novos quotidie errores cudere; sed etiam Bachârûm instar furere ac sævire. Dederat ille quidem die sextâ Aprilis humanissimas ad Papam Leonem literas, in quibus fatebatur, ejus vitam ad eò sanctam & inculpatam esse, ut à nemine convitiis appeti, nisi per summam injuriam possit.

Ce-

Celeb-  
tua in  
At u-  
diit  
verum  
prof-  
horro-  
mod-  
ficti-  
tur,  
genu-  
to Ca-  
ter ex-  
tem d-  
ea Pa-  
co,  
I  
quæ  
ut et  
& A-  
retur  
perat  
lonia  
cam  
Mari-  
admo-  
notat  
aliis j

**N**

Card-  
Episc



*Celebrator, inquiebat, et augustior est, in omni terrarum orbe, vita tua inculpata fama, quam ut à quovis vel maximi nominis possit impeti.* At ubi paulò post doctrinam suam ab eodem Papa damnatam audiit, non modò totis conviciorum plaustris in eundem involavit; verùm etiam ipsius famam propudiosis imaginibus putidissimè profudit. Modò enim depingi illum fecit ut Cacodæmonem cum horrendis cornibus, modò ut draconem cum diductis faucibus, modò ut monstrum hominis cum asininis auribus, modò aliis inficetis expressionibus, adèd turpibus & injuriosis, ut existimarentur, potius ab infami scurra, quàm à Doctore Christiano & ingenuo proficisci. Quin imò cum audisset, suos libros ex decreto Caroli V. Imperatoris in Belgio combustos esse; adèd vehementer excandescere, & in furias agi cœpit, ut studiosam juventutem die decimâ Decembris Wittenbergæ convocaverit, & coram ea Papalem suæ damnationis Bullam, unâ cum toto jure Canonico, suismet manibus concremârit.

Eodem hoc anno multis in locis grassata est feralis pestilentia: quæ in aliquibus provinciis, teste Spangenbergio, tam sæva fuit, ut etiam in sylvarum ac montium abdita sese penetraverit. Hæc & Aquisgranum ingressa erat paulò antè, quàm ibidem procederetur ad coronationem Cæsaris: interimque sic invaluit, ut Imperatorem cœgerit, re peractâ cum Principibus congregatis Coloniam fugere. In Diocesi quoque nostra videtur ea non modicam stragem edidisse. Nam è solo Monasterio B. MARIÆ (vulgò Marien-Münster) septem viros religiosos è vivis abstulit, quemadmodum loci istius Abbas Henricus Schröder in diario suo annotavit hisce verbis: *Anno 1520. P. Nicolaus Cellerarius noster, cum aliis sex Monasterii nostri Religiosis decessit in pestilentia.*

*Cochleus in actis Lutheri. Pistori in Anatomia Lutheri. Et plures alii.*

*Pestis hoc anno grassata est Aquisgrani, Paderbornæ & in aliis provinciis.*

*Spangenberg. in Chron. Mansfeld. Diarium Henrici Abbatis in Marienmünster.*

## Annus Christi 1521.

LEONIS X. Pontificis 8. & 9.  
CAROLI V. Imperatoris 2. & 3.  
ERICI Episc. Paderborn. 13.



Memorabilis hic annus fuit à comitiis Wormatiensibus, quæ præfente Carolo V. Imperatore à die sextâ Januarii protracta sunt usque in mensem Majum. Aderant illi Principes frequentissimo numero. Et quidem è statu Ecclesiastico, Albertus Cardinalis & Elector Moguntinus, Richardus Elector & Archiepiscopus Trevirensis, Hermannus Elector & Archiepiscopus

*Carolus V. initio hujus anni comitia Wormatiensia celebrat.*



Colonienſis Matthæus Cardinalis & Archiepiſcopus Salisburgenſis, Chriſtophorus Archiepiſcopus Bremenſis, Georgius Epifcopus Bambergeniſis, Conradus Herbipolenſis, Reinardus Wormatieniſis, Georgius Spireniſis, Chriſtophorus Auguſtanus, Guilielmus Argentinenſis, Joannes Hildeſienſis, Erneſtus Paſſavienſis, Franciſcus Mindeniſis, Erardus Leodieniſis, Hieronymus Brandeburgenſis, & alii non pauci. E ſtatu autem ſeculari, Fridericus Elector Saxonie Dux, Joachimus I. Elector Brandenburgicus, Ludovicus Elector Palatinus, Joachimus & Joannes Brandenburgeniſis Electoris filii, Georgius & Joannes Saxonie Duces, Wilhelmus, Otto, & Joannes Bavarie Duces, Fridericus & Caſimirus Marchiones Brandenburgici, Ericus & Henricus Duces Brunsviceniſes, Henricus & Albertus Duces Mecklenburgici, Philippus Haſſie Landgravius, Philippus Marchio Badenſis, Antonius Comes de Schawenburg, alique Duces & Comites penè innumeri.

In horum auguſtiſſimo conſeſſu paulò poſt etiam Lutherus, acceptis publicæ fidei ſecuritatique tabulis, comparere juſſus eſt. multa enim blaſphema, ſeditioſa, impia, & Germanicæ quieti inimica, ex ejuſdem libellis prælegerat Legatus Pontificius, quæ Fridericus Saxo, & alii fautores ejus, negabant eſſe ab eo ſcripta vel typis data. Venientem, alterâque poſt adventum die, quæ erat decima ſeptima Aprilis, ad comitia publica introductum, Joannes ab Eck\* Trevireniſis Archiepiſcopi Vicarius Generalis nomine Cæſaris interrogavit palàm: *Num libellos hos, quorum titulos & inſcriptionem prælegebat, agnoſcat ut ſuos? cùmque id affirmâſſet præter opinionem Friderici Saxonis, ulterius inquiſivit: an ea, quæ in ejuſmodi libellis contenta ſunt, etiam nunc tueri velit, an verò aliqua ex iis revocare et expungere?* Hærebat ad hæc Lutherus, petebatque deliberandi ſpatium: id quod ei permiſſum eſt uſque in diem craſtinam. Tunc autem ruruſus ad comitia vocatus, cùm extra ſcopum quæſtionis non pauca diceret, ideòque ruruſus urgeretur, ut ſimpliciter & categoricè reſponderet ad quæſtionem heri proſitam; demum impudenti ore prorupit\* in hæc verba: *Quoniam Sacra Cæſarea Majeſtas veſtra ceterique Principes ita jubent ac volunt, dabo reſponſum, neque cornutum, neque dentatum. Ego nec volo nec poſſum revocare quidquam, niſi convictus fuero, vel ſcripturarum teſtimoniis, vel evidenti ratione: Etenim neque Papa, neque ſolis conciliis credo; quia ſcio illos, et errâſſe crebrius, et ſibi met ipsis contradixiſſe.*

Offendebat pleroſque Principes tam infrunita reſponſio Monachi, ſuam ſolius opinionem tot ſanctorum Patrum & conciliorum auctoritati præferentis. Neque dubium eſt, quin Cæſar ſtatim

Lutherus,  
ad ea comi-  
tia evocatus  
protervè  
renuit ſuos  
errores re-  
vocare.  
Palatinus in  
Aq. Auſtr.  
Cochleus  
in actis Lu-  
theri.  
Surius in  
comm. rer.  
geſt.  
Spond ad  
hunc ann  
\* Diverſus  
à Joanne  
Eckio Do-  
ctore Ingol-  
ſtadienſi.  
\* Auctores  
iidem.

tim a  
furus  
ctore  
eſſe  
luit;  
bann  
comp  
dere,  
mere  
à die  
Princ  
mam  
tam  
certi  
tâque  
ſet ho  
ſtutia  
pauca  
larva  
prim  
War  
appel  
lanté  
vel è  
Pror  
met  
mo in  
reple  
gus,  
lerint  
rueru  
rint,  
hac in  
liter e

mo p  
poner  
bique  
duci  
ejuſd



tim adversus eum, veluti manifestum hæreticum, fuisset processurus; nisi jam antè fide publicâ addixisset Friderico Saxoni, Doctorem hunc Wittenbergicum sinè omni nocumento reducendum esse. Certè Cæsar ab eo tempore scelus illud è suis oculis exesse voluit; ac demum die octavâ Maji severissimo edicto cavit sub pœna banni vel proscriptionis Imperialis, ne quis deinceps eum vel ejus complices, adhærentes, fautores & sectatores, receptare, defendere, sustentare, fovere, dicto, facto, aut scriptis publicis præsumeret. Quin & eodem decreto jussit, ut elapso viginti dierum, à die vicesima quinta Aprilis computandorum termino, quisque Principum adversus eum, ubicunque deprehensus fuerit, juxta formam Imperialis Banni procederet; vel certè injectis manibus tam diu sedulò custodiri faceret, donec ipse Imperator, eâ de re certior factus, indicaret illi, quid hoc homine fieri, & quali quantâque pœnâ in eundem animadverti vellet. Occisissimus tunc fuisset homo pestilens, nisi clanculariè servâisset illum nova Saxonis astutia. Is, cum audisset hujusmodi edictum cudi, intrâque dies paucos evulgandum esse; jussit illico, Lutherum ab hominibus larvatis in via corripere, & in aliquam suarum arcium, quam ipse primùm nescire voluit, secretissimè abduci. Arcem hanc plerique *Wartenburgum*, Lutherus autem arroganti nomine suam *Pathmum* appellavit: in eâque sub initium tam occultè latuit, ut filente simulantèque Saxone, permulti crederent, eum ab Imperatore Carolo vel è vivis exturbatum, vel in abstrusam custodiam abreptum esse. Prorupit tamen ea fraus post menses pauculos: imò Lutherus ipsemet eam prodidit variis libellis literisque seditiosis, ex eadem *Pathmo* in vulgus editis. Quæ tametsi hæresibus doctrinisque pessimis repletæ essent, ejusmodi plausum acceperunt apud indoctum vulgus, ut eundem (si fas est dicere) infinitis laudibus in coelum tulerint. Quin & aliqui ob amorem ejus in eam blasphemiam proruerunt, ut eodem anno duos nummos honorarios procudi fecerint, in quorum uno Lutherus in veste \*Monachali visus est cum hac inscriptione: *Beatus venter, qui te portavit*; & in altero similiter ejusdem imago cum hoc impiissimo versu:

*Hæresibus si dignus erit Lutherus in ullis;*

*Et Christus dignus criminis hujus erit.*

Ceterum furtiva ista Lutheri abductio id effecit, ut hîc in primo persecutionis & proscriptionis æstu extra omnem teli jactum poneretur. Quòd antem postea, cum illæ Saxonis fraudes jam ubique palàm fierent, id ipsum Cæsar's edictum ad executionem deduci non potuerit; adscribendum est Francisco Galliarum Regi, ejusdemque bellis contra Cæsarem hoc anno motis. Invaserat ille

Cæsar Lutherum arbitrate jubet, eumque & omnes ejus receptores, fautores & sectatores proscribit edicto publico.

*Palat. in Ag. Austr. Spond. ad hunc ann. & ali.*

Lutherus, ne quid mali pateret ex hoc edicto, jussu Friderici Saxonis clam abducitur Wartenburgum.

*Palat. Spond. in Cochleus. & Surus ad hunc annum.*

A Lutheranis eidem ineptissimè applauditur, in d. & blasphemè.

*Weisslinger l. 2. v. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

*pag. 70. Juncker in vita Lu-*

*theri. nummis & iconibus illustratâ.*

Re-



Franciscus Galliarum Rex, absente Casarolo Rege, invadit & occupat Regnum Navarrae. *Palat. in Aq. Austr. Spond. hic n. 6. Bartoli de Vita S. Ignatii l. 1. pag. 4. & seq.* Inde progressus in Castellam, ita caeditur ab Hispanis ut Navarra totam rursus amisit. *Palatius Spond. & alii.* Nec multo post etiam in Italia caeditur, ejiciturque rursus à Ducatu Mediolanensi. *Spond. hic n. 7. Palat. in Aq. Austr. & alii. \*Lodi.* Regnum Navarrae. Et quia per absentiam Caesaris Hispania tota laborabat rebellionibus intestinis; facillimè Navarram omnem occupaverat, exceptâ arce Pampelonensi, in quam Ignatius de Lojola victâ urbe se injecerat. Et hic quidem fortissimè defendit eam, quàm diu viribus & corpore sanus fuit. At ubi postmodum lapis muralis, jactu globi tormentarii excussus, pedem ejus alterum comminuit, & alterum gravissimè fauciat; etiam arx ista, meticulosi gubernatoris ignaviâ, decimo quarto Kalendas Junii in potestatem Gallorum venit. Indè animus ita increvit Gallo, ut etiam trans Iberum amnem sua signa ferre, & in ipsâ Castellâ viscera se infundere non dubitaverit. Sed eventu planè improspero. Nam interea, caesis peremptisque rebellium antesignanis, tota Hispanorum militia conjunctis in unum viribus, obviam sese Gallis trans fluvium Iberum tulit: in itoque ibidem praelio, tam insigni clade eos profligavit, ut captis eorundem belliciducibus, Navarra tota eadem facilitate, quâ prius amissa fuerat, ab Hispanis recepta sit. Neque hîc finis fuit infelicitatis Gallicae. Imperator enim invasione Gallicâ laceffitus, percusserat interea foedus cum Pontifice, ad invadendum hoc anno Gallum in Italia. Pauloque post amborum exercitus ibidem coit sub egregiis belliciducibus, quorum præcipuus erat Prosper Columna, exploratae virtutis miles. Prima deinde vis impressa est urbi Parmæ. Quâ cadente, etiam Placentia, Pavia, & Cremona ad repentinam deditioem compulsæ sunt. Indè victores contra Mediolanum versi, Gallorum castra disjecerunt, cedentibus primùm Venetis, Gallo junctis; reliquis verò cum Lautrecio, Principatûs Mediolanensis gubernatore, tumultu magis ac metu panico, quàm Cæsareo ferro in fugam actis. Corona victoriæ fuit urbis Mediolani deditio. Quæ sequenti nocte Cæsareo Marti portas aperuit; suoque exemplo etiam Alexandriam, Comum, Laudam\*, aliasque non paucas urbes, in Caroli V. potestatem progressu tam felice traxit, ut intra breve tempus Insubria ferè tota, excepto Mediolanensi castro, à Gallorum servitute liberata fuerit.

Nihil funestius nationi Germanicæ poterat accidere, quàm ista amborum Regum discordia. Hac enim inceptâ, ac deinde quàm plurimis annis inter concatenatas bellorum turbas protractâ, Lutherus optatissimam occasionem habuit ad suas hæreses libere securèque divulgandas, uti ex annorum sequentium decursu planum fiet. Interea adhuc paululùm revertamur ad comitia Wormatiensia; maximèque ad ea, quæ ibidem acta sunt in causa Episcopi Hildesienfis & foederatorum ejus, contra Duces Brunsvicenses aliòsque Dominos, ante biennium in bello Hildesienfi captos.

La-

Labo  
tinus  
sibus  
tatar  
Wor  
novo  
rolus  
missa  
quad  
trove  
severn  
oppio  
sem t  
que a  
cusav  
omni  
ctatur  
ceptio  
tia pr  
tivos  
re tan  
tentia  
lit; f  
man  
natus  
pius t  
Brun  
rant,  
pus F  
tam I  
diam  
torun  
die ad  
mone  
acht f  
stolid  
dicti  
ctissim  
non f  
belli f  
Lawe  
Wolo



Laboraverant in componendo hoc diffidio tres Electores, Moguntinus, Saxo, & Brandenburgicus. At, cum in duobus congressibus, mense Januario Majoque ante annum habitis, res ea ad optatam concordiam perducere non potuerit; partes ambæ in comitiis Wormatiensibus hoc anno comparere, ibique suas controversias novo Cæsari dijudicandas proponere jussæ sunt. Quo peracto Carolus Imperator communi Principum consilio primum tres Commissarios in inferiorem Saxoniam ablegavit, qui intra spatium quadrimestre, adhibitis ab utraque parte quibusdam arbitris, controversiam hanc amicabili viâ dirimere studerent. Deinde etiam severissimo edicto cavit, ut ambarum partium captivi unâ cum oppidis, arcibus, & pagis, quæ alter alteri eripuerat, intra mensem traderentur in manus ac potestatem Cæsareæ Majestatis, usque ad exitum totius causæ: & si quis ambarum partium id recusaverit, certò sciret, se Imperatoriæ proscriptionis poenâ, & omnium bonorum, beneficiorum, ac Regalium amissione multatum iri. Oportebat Episcopum Hildesensem tam severis præceptionibus morem gerere. At ille iterum iterumque de obedientia præstanda monitus, non modò non obediit; verum etiam captivos à se detentos adhuc arctius custodiri & adstringi jussit. Quare tandem Imperator (qui tunc agebat Gandavi in Flandria) sententiam banni, vel proscriptionis contra omnes immorigeros tulit; simulque Ducibus Brunsvicensibus, Henrico & Erico, demandavit, ut sententiam à se datam executioni darent. Conster-natus indè Luneburgicus, priusquam ab imminente fulmine propius tangeretur, continuò suorum amicorum operâ transegit cum Brunsvicensibus: idemque & alii foederati Comites vel antè fecerant, vel tunc fecerunt simul cum Luneburgico. Solus Episcopus Hildesensis, etiam si ejus proscriptio festo S. Laurentii per totam Diocesin promulgata esset à caduceatore Cæsareo, concordiam omnem obstinatissimè respuit, instigatione civium & senatorum Hildesensium, qui sententiam proscriptionis (germanicè *die acht und ober-acht*) contemptissimis vocibus explodebant, sermone vernaculo vociferantes: *Wat acht und aver acht? tweymahl acht synd sesteyne*. At paulò post Episcopus infelix didicit, quàm stolidè & imprudenter egerit! nam exeunte mense Augusto supra dicti Brunsvicensium Duces Hildesensem Diocesin cum instructissimis copiis ingressi sunt. Et quia Episcopus tunc temporis non solum necessario milite destitutus, verum etiam à prioribus belli fociis derelictus erat; primò arcem Hundesruckam, deinde Lawensteiniam, Poppenburgum, Steinbruckam, Liebenburgum, Woldenbergam, aliasque arces, oppida, & præfecturas, continuato

Carolus V. in comitiis Wormatiensibus Joanni Episcopo Hildesensi præcipit sub poena banni. ut omnes bello Hildesensi capros relaxet, si-biq; tradat usque ad exitum totius causæ. *Chytraeus l. 8. Saxon.*

Quod cum Episcopus pertinaciter abnuît, à Cæsare proscribitur, & maxima terrarum suarum parte exiit. *Chytraeus loc. cit. Lezner in Chron. Dassel. Spangenberg. in Chron. Mansfeld.*



nuato victoriarum cursu in potestatem suam redegerunt. Attonitus hoc eventu Joannes Episcopus, festinatis itineribus fugit ad fratrem suum Ericum, Monasteriensis Ecclesiae Praefulem. Sed, cum ille solus res afflictas restituere non posset, nec auderet propter edictum Caesaris: nullo recreatus auxilio, ad suos redire debuit; ac tandem biennio post \*foedissimâ pace Brunsvicensibus permittente, ut retinerent omnes arces, oppida, & Praefecturas, post Imperialis banni \*executionem Hildesienfi Episcopatu subtraherent. Itâ factum, ut Episcopus retinuerit solum tres praefecturas, nempe Sturwaldiam, Peinam, & Marienburgum unâ cum urbe Hildesienfi: reliquæ autem praefecturae omnes, plus quam sedecim, in Ducum Brunsvicensium potestate manserint per annos ferè centum & viginti.

Ericus Episcopus Paderb. & Osnabr. Wormatiæ per suos Legatos accipit confirmationem suorum Regalium. *Litera in archivo Cath. Eccl. Paderb.*

Ericus Episcopus noster praedictis comitiis Wormatiensibus non interfuit. In iis tamen per ablegatos & Oratores suos Albertum Comitem de Mansfeld, & Mauritium de Amelungen, amborum Episcopatum suorum jura & Regalia à novo Imperatore consecutus est; uti constat ex ejusdem Imperatoris diplomate Germanico, quod adhuc Paderbornæ in Ecclesiae majoris archivo superest, & hoc modo clauditur: *Datum in nostra et Imperii nostri civitate Wormatia, die 2dâ mensis Aprilis, Anno post natiuitatem Christi Domini nostri millesimo quingentesimo vicesimo primo, Regnorum nostrorum, Romani secundo, ceterorum verò omnium sexto.* In eodem hoc diplomate scribit Imperator, quod Ericus Episcopus noster per Legatos antè dictos absentiam suam excusauerit, proponique fecerit, se, tametsi Regalium suorum recipiendorum causâ personalliter accedere perlubenter voluerit, uti deberet; *gravissimis tamen suis et suarum Dioecesium negotiis praepediri*, quò minùs id per se ipsum facere ac praestare possit. Quænam autem hæc ejus negotia fuerint, non satis liquet: nisi forsitan occupatus fuerit Osnaburgi in comprimenda Lutheri doctrina, quam ibidem id temporis à Gerhardo Heckero, Augustiniani Conuentus Monacho, propagatam esse, refert \*Hamelmannus. Certè in Dioecesi nostra nihil aliud ab eo gestum reperitur, quàm quòd per æstatem hujus anni laboraverit in pacanda controversia de pagis *Attelen & Hengeleren* inter Nobiles Calenbergios & Capitulum Cathedrale agitari cœpta, ac tandem die 4. Augusti felicissimè composita: uti docent ejusdem Episcopi tabulæ, ea de re conscriptæ, signatæque *Paderbornæ in Monasterio Abdinghoff, Dominicâ post vincula Petri, Anno post natiuitatem Christi millesimo quingentesimo vicesimo primo.*

*Litera in archivo Cath. Eccl. Paderb.*

Claudo hunc annum præmaturâ morte Leonis Papæ, qui nondum quinquagenarius inter armorum curas in morbum incidit,



dit, obiitque Romæ die 1. Decembris. In ejus locum die 9. Januarii sequentis anni, delectus est Hadrianus VI. titulo Ss. Joannis & Pauli Cardinalis Presbyter & Episcopus Dertusensis\* in Hispania; antea Caroli V. Imperatoris Præceptor, natione Belga, & honestæ fortunæ parentibus Ultrajecti genitus. Qui, cum id temporis abesset, & apud Hispanos ageret; demum die 29. Augusti Romam appulsus, ac biduo post in Basilica S. Petri coronatus est die 31. Augusti, in Dominica.

Leo X. Papa moritur die 1. Decembris. In ejus locum initio sequentis anni eligitur Hadrianus VI.

Spond n 10  
\*Dertusa,  
Hispanicè  
Tortosa.

## Annus Christi 1522.

HADRIANI VI. Pontificis 1.  
CAROLI V. Imperatoris 3. & 4.  
ERICI Episcopi Paderborn. 14.

**B**ellum, quòd anno præcedente exarserat in Italia, hoc anno rursus urgeri cœpit; sed magno iterum Francisci Regis Galliarum damno. Collegerat hic ibi novum exercitum, virorum sexaginta millium; eumque urbi Mediolano admoveri jusserat sub Duce Lautrecio. Sed hac in urbe Prosper Columna, Cæsareorum supremus Ductor, adeò fortiter se defendit contra omnes assaultus hostium, ut hi urbis potiundæ spe depositâ, aliò mentem & arma vertere coacti fuerint. Recedentes pedetentim insequabatur Cæsareanus miles. Nec multò post in vicino loco ad Bicocam pagum totis utrimque castris concursum est, eâ Gallici exercitus clade, ut amissis ferè omnibus belli Ducibus, Helvetiorum Gallorumque octo millia occubuerint; reliqui verò in effusissimam fugam conjecti sint, relicto simul toto arario bellico. Magnus exinde pavor in regno Gallia, secuta mox deditio arcis Mediolanensis, Genua ipsa, urbs magna & præpotens, quæ tunc à Gallis tenebatur, ingressum Cæsareo militi aperire compulsæ est.

Galli rursus obident Mediolanum; & ab eo depulsi, cum ingenti clade cædantur à Cæsareis.

Palat. in Ag. Aust. Spond. hic n 4.

Ripamont. l. 15. hist. Eccles. Mediolan.

Genua à Cæsareis occupatur. Palat. Spondan. & Surius ad hunc ann.

Verùm quàm feliciter in eo loco procedebant res dominii temporalis; tam infeliciter in Germania procedebant res Ecclesiæ, quas ubique pessundabat & evertebat Lutherus Evangelista Saxonum. Wittenbergam hic è sua Pathmo reductus erat ineunte Martio; statimque inibi diversos libellos edidit, omni spurcitiâ & scurrilitate refertissimos. Primus est contra Sedem Pontificiam, quam Suillus Doctor ita alloquitur: *Martinus Lutherus Sanctissimæ Sedi Romæ, et toti ejus Parlamento, meam gratiam et salutem.* Deinde recitatâ suæ damnationis Pontificiæ Bullâ, sic pergit: *Ego autem dico ad Papæ et Bullæ hujus minas: qui præ minis moritur, ad ejus defun-*

Lutherus, Wittenbergam rediens, tres libellos puridissimos edidit, nempe contra Papam, contra statum Ecclesiasticum, & de vita conjugali.

N

Ei



Cochleus  
in actis Lu-  
theri ad  
hunc ann.  
& alii.

*Ei sepulturam compulsari debet crepitis ventris etc.* Secundus est contra statum Ecclesiasticum, cui vir audacissimus novam excommunicationis & reformationis bullam seditiosè intentat, insolentibus hîsce verbis, in medio libelli positus: *Doctôris Lutheri Bulla et reformatio. Quicumque opem ferunt, et corpus, bona, ac famam, in hoc impendunt, ut Episcopatus devastentur, et Episcoporum regimen extinguatur; hi sunt dilecti filii Dei, et veri Christiani, observantes præcepta Dei, et repugnantes ordinationibus Diaboli. Contrà verò, quicumque defendunt Episcoporum regimen, eisque obediunt voluntariâ obedientiâ; hi sunt Diaboli ministri proprii, et repugnant Dei ordinationi ac legi.* Tertius denique foedissimi Doctôris libellus est de vita conjugali, in quo Sacerdotes, Monachos, & Sanctimoniales omnes adhortatur ad ineundas nuptias; & addit: *carnalem commixtionem cuilibet homini tam necessariam esse, quàm edere, bibere, scree, dormire, vigilare; ideòque penitus oportere, ut omnis vir habeat mulierem, et mulier virum, juxta illud Genesis I. Crescite et multiplicamini.*

Superi boni! quænam hæc doctrina? quàm foeda? quàm sacrilega? quàm impia, & magno gentium Doctôri contraria? Nonne hic apertè inquit 1. Cor. 7. *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et qui non jungit, melius facit: puto autem, quòd et ego spiritum Dei habeam?* & tamen hoc deploratissimo tempore nemo Principum Germanicorum fuit, qui tam impiæ doctrinæ se opponere vellet aut valeret! Carolus enim Imperator per ætatem hujus anni in Hispaniam ierat, ut rebellionum præteritarum reliquias funditus extirparet. Saxo & Palatinus, penès quos Imperii administratio solebat esse in absentia Cæsaris, aut Lutheri fautores erant, aut certè nondum penitus ab eo alieni. Ferdinandus Imperatoris frater, qui Palatino & Saxoni velut Imperii Vicarius adjunctus erat, nondum eò ætatis venerat, ut regere sinè istis ambobus posset. Atque ideo Lutherus, ab omni metu solutus, non solum impunè agebat & scribebat omnia, quæ volebat; sed etiam ubique passim Sacerdotes, Monachos, Sanctimoniales, & omne indoctum vulgus hominum, ad avitæ fidei desertionem cum æterno animarum suarum exitio pertrahebat. Id quod etiam acerbè queritur Hadrianus Papa in Epistola\* verè aurea, ad Fridericum Saxonem hoc anno scripta: *Tibi, inquit, debemus omnes, quod nunc passim ab unitate Matris Ecclesie recedatur: quòd indoctum vulgus mille præstigiis ac fascinationibus retrahatur à fide, quam suxit ab ubere materno: quòd Basilicæ sint sinè plebe, plebs sinè Sacerdotibus, Sacerdotes sinè debita reverentia, et sinè Christo denique Christiani.*

\*vide hanc  
in opere  
concilior.  
& apud  
Palat. in  
Aq. Austr.

Accedebant his malis truculentæ invasionses Solymani Turcarum



carum Imperatoris, cui istæ Lutheri & suorum seditiones ad auferendas Christianorum terras non parum profuere. Obsederat hic anno superiore Belgradum urbem, Hungariæ Dominam; eamque demum die 29. Augusti post bimestrem oppugnationem ceperat, nullo Principum Christianorum in urbis auxilium advolante. Id cum ei tam prospere successisset, etiam hoc anno adiecit animum ad invadendam Insulam urbemque Rhodum, ab equitibus Rhodiis (quos hodie à moderna ipsorum sede Melitenses appellamus) hucusque fortiter custoditam. Itaque mense Junio præmisit illuc numerosissimam classem trecentarum ferè navium, quæ urbem incingerent, & omnes insulæ accessus clauderent. Has deinde partim secutus, partim etiam comitatus est ingens exercitus terrestris ducentorum vel trecentorum millium; insuperque tanta militarium tormentorum ac balistarum copia, quæ duabus propè oppugnationibus urbium sufficere posset. Consternatus eorum adventu Philippus Liladamus, Rhodiorum equitum supremus Magister Ordinis, misit ocyùs è suorum numero, qui à Pontifice, ab Imperatore, à Galliæ Angliæque Regibus, festinata auxilia contra hostem præpotentem peterent: interimque urbem istam cum armatis, quos habebat, quinque millibus fortissimè tutatus est usque in mensem sextum. At, cum intra tempus illud nihil auxiliorum adveniret, ac plerique urbis propugnatores diuturnâ jam obsidione fracti vel extincti essent; ægerrimè tandem die vicesimâ Decembris urbem dedere coactus est, aeterno, ut ait Palatius, *Christianorum\* Principum opprobrio, qui discordiis à se invicem distracti, commune illud atque fortissimum Christiana Religionis propugnaculum neglexere.* Hi nimirum sunt primi fructus Lutherani Evangelii! Hæc illa præclara merita verborum seditiosorum, quæ novus Evangelista Lutherus hoc anno protulit, in libello contra *Bullam Cœnæ\* hoc modo scribens: Quid jurat armis corporeis Turcam avertere? quid nobis malifacit? occupat Provincias, easque gubernat dominio temporali. At hoc ipsum pariter ferendum nobis est à Papa: qui et vitam nobis et corpus excoriat, secùs quàm Turca faciat. Imò Turca permittit victis, ut eorum quisque maneat in sua fide. Hoc autem Papa non facit; sed mundum universum cogit, ut deficiat à fide Christi, transeatque ad sua Diabolica mendacia. Unde, si Turcam velimus aggredi, initium nobis ducendum est à Pontifice.* Certè longè meliùs Luthero censit hac de re suprâ dictus Liladamus, Rhodii Ordinis Magister supremus. Qui, dum urbe deditâ ad Solymanum deductus, atque ab eo magnis honorum pollicitationibus ad deserendam Fidem Romano-Catholicam invitatus esset; intrepidè respondit *\*in hæc verba: Malo vitam hanc, aut statim amittere coram*

Solyman<sup>9</sup>  
Turcarum  
Imperator  
occupato  
ante annū  
Belgrado,  
etiam hoc  
anno occu-  
pat insulam  
Rhodum,  
fortissimū  
Christianor-  
um propu-  
gnaculū.  
Spond. hic.  
Palat. in  
Aq. Austr.  
Sarius in  
commente.  
Jacobus  
Fontan. l.  
2. de bello  
Rhodio.

Palat. in  
Aq. Austr.

\*vide Co-  
chlaum ad  
hunc annū  
in actis Lu-  
theri.



*Palat. in oculis tuis, aut eam semper ingloriam et inhonorem ducere; quam à te victus, etiam Catholica Ecclesia ac Religionis desertor fieri. Vinci enim est fortuna: suos autem deserere, et à Catholica veritate tramite in trans.*  
*Font. l. 2. de bello Rhod. versum ire, extrema levitatis, ignavia, et impietatis est.*

Interea Ericus Episcopus noster magno studio desudaverat in recipiendo retrahendoque ad nos Comitatu Pymontano; qui post obitum Mauriti, Comitum Pymontanorum ultimi, à Simone III. Antistite nostro \*Lippiacis Comitibus ex nova gratia concessus fuerat. Acceperant hi jam quatuor investituras feudales \*bonorum Pymontensium: quarum tres acceperat Bernardus Comes à tribus Episcopis, Simone, Hermanno, & Erico; quartam vero Simon Comes post mortem sui Patris Bernardi Comitis, anno millesimo quingentesimo undecimo defuncti. Nihilominus tamen Ericus Episcopus, collaborante Capitulo suo Cathedrali, repensis aliis beneficiis ac favoribus eò tandem rem deduxit, ut hoc anno Simon Comes Pymontano Comitatu pro se suisque successoribus plenè & integrè renuntiàrit; eundemque totum Ecclesie nostrae perpetuis temporibus tenendum ac possidendum restituerit. Quà de re in Ecclesie nostrae Cathedralis tabulario adhuc supersunt & custodiuntur duae literae, westphalicà linguà scriptae. Primae sunt Erici Episcopi, quibus Capitulo Majori, propter molestias & labores in recuperando Comitatu Pymontano habitos, perpetuò donavit ac tradidit majorem decimam urbis Lügdenfis pinguem fatis & celebrem \*à vetustate, unà cum alia minore ad anniversariam sui memoriam applicanda. Alterae sunt Simonis Comitis, quibus hic in praesentia *Rabani de Westphalen, et Hermannii de Mengerssen*, Comitatum Pymontanum perfectissimè abdicat in favorem Ecclesie Paderbornensis: & hae literae datae sunt hoc anno, die Jovis post *S. Michaelis Archangeli*. Nihil optatius accidere poterat Episcopatu nostro, quàm ista renuntiatio: plurimumque utilitatis ex ea sperandum erat, nisi triennio post Ericus Episcopus novà alienatione spem istam, velut herbam in prima segete, corrupisset; quemadmodum referetur infra ad annum 1575.

Denique & hoc anno ex Antistitum Westphalicorum numero decessit Ericus Episcopus Monasteriensis, Horstmariae defunctus die vicesimà \*Novembris, postquam Ecclesie suae cum laude maxima praefuisset annis quatuordecim. Mortem ei praematuram attulit lenta corporis & virium corporearum tabes: quam putatur contraxisse, partim \*ex dolore ac toedio restitutae Lingensis Dynastiae, de qua dictum est ad annum 1518; partim ex infelicitate sui fratris, Joannis Episcopi Hildesiensis, priori anno à Caesare proscripti, ac plerisque bonis Episcopalibus exuti. Corpus ejus ab

Ericus Episcopus Monasteriensis moritur.

\*Chron. Tremon.

ms.

\*Chron.

Monast.

ms.



ab obitu deportatum est ad Basilicam Cathedralis Ecclesiæ Monasteriensis, ibidemque è regione chori ad latus \* australe conditum, cum imposita ex aurichalco lamina, tumultu Anabaptistico postmodum everfa. Præter legata pia quàm plurima, reliquit insuper à morte sua septem millia florenorum aureorum pro ærario publico, & quatuor millia pro Successore: neque ullus Aulæ Minister, imò nec minimus \* famulus, etiam inter minimos culinæ mediastinos fuit, cui non legaverit aliquod liberale munus. Vacantem ipsius Cathedralis infelici fato recepit Fridericus de Wieda, Hermani Colonienfis Archiepiscopi frater, vir Erico decessori suo plurimum dissimilis; planèque talis, de quo breviter ac verè dixeris, quòd gravissimo istius Dioecesis infortunio delectus fuerit. Ejus enim negligentia Lutherana hæresis, ac deinde foedissima lues Anabaptistica Dioecesi urbemque Monasteriensem ingressa est; brevique tantum inibi excitavit incendium, ut non nisi plurimo populorum sanguine posterioribus annis restingui & opprimi potuerit, uti suo loco videbimus.

\* Chron.  
Monast.  
ms.

\* Chron.  
Monast.  
Successit ei  
Fridericus  
Comes de  
Wieda.

## Annus Christi 1523.

HADRIANI VI. Pontificis	2.
CLEMENTIS VII. Pontif.	1.*
CAROLI V. Imperatoris	4. & 5.
ERICI Episc. Paderborn.	15.

\* electus est  
die 19. No-  
vembr.  
coronatus  
die 26. No-  
vembr.



Postquam Imperator priori anno discesserat in Hispaniam, Ferdinandus ejusdem frater & Imperii Vicarius Norimbergæ cœpit aperire comitia publica, quæ usque in primos hujus anni menses protracta sunt. In eo Principum conventu Franciscus Cheregatus, cui Hadrianus Pontifex Apostolicæ legationis officium imposuerat, à Principibus congregatis efflictim petiit, ut germanicæ tranquillitatis miserti, sincerè tandem se converterent ad exequenda ea, quæ in comitiis Wormatiensibus contra Lutherum decreta fuerant. At illi, potissima ex parte jam seducti, vicissim obtulerunt ei centum gravamina, contra abusus Pontificios à scriptoribus Lutheranis confarcinata. Quibus addiderunt frigidissimum hoc responsum: *Do-  
lere se, quòd è Lutheri dogmatis tam funesta animarum pericula consurre-  
xerint. Sed ea nunc tempora et hominum sensus esse, ut, si ex edicto Cæ-  
saris contra Lutherum processuri forent; necessariò timendum sit, indè plus  
perturbationis, quàm utilitatis publicæ nasciturum. Jam enim pleraque  
multitudini persuasum esse, Romanam curiam per abusus varios egisse mul-  
ta,*

Hadrianus  
Papa in co-  
mittis No-  
rimb. rogat  
Principes,  
ut Worma-  
tienti con-  
tra Luthere-  
rum decre-  
to parent.  
Palat. in  
Aq. Austr.  
Spond. Su-  
rius & alii  
Cui frigidis-  
sime ibi-  
dem re-  
spondetur.  
Auctores  
iidem.



ta, quæ nationi Germanicæ in grave præjudicium cederent: atque ideo primum oportere, ut abrogentur gravamina, Legato Papali tradita. His enim non abolitis, si quid acerbius contra Lutherum fieret, multitudinem popularem in turbas prorupturam, et insano tumultu vociferaturam, talia contra Lutherum et ejusdem fautores agi pro tuendis Romanorum abusibus, et Evangelicæ veritatis oppressione. Quàm speciosa atque ad obtegendam astutiam elaborata verba! Quasi verò turbas excita-

Novem moniales unâ vice abducuntur simul ex monasterio Nimicensi inter quas etiam Catharina de Bore/ postea Lutheri conjux.

Cochleus in actis Lutheri.

Surius in comment. \*germanicè

Nimpfisch Turpe illud facinus Lutheri scurriliter laudat.

Cochleus & Surius loc. cit.

Dux Borbonius à Gallo ad Cæsarem transit: res Gallicæ infeliciter cedunt in Italia.

Spond. ad hunc ann. Surius in comment.

Palat. in Aq. Austr. Ripam. l. 15 Hist. Med.

ret, qui turbas opprimit!

Sic igitur Lutherus cum suis poterat impunè furere, nullòque resistente humana Divinæque omnia permiscere. Id quod etiam hoc anno audacissimè fecit, & effectui dedit. Nam, ut alia nefanda fileam, ejus hortatu vel approbatione Leonardus Koppenius civis, in hebdomada sancta, è Nimicensi \* monasterio simul abstulit, & Wittenbergam attulit novem virgines Deo consecratas: inter quas etiam erat nobilis illa & famosâ femina Catharina de Bore/ quæ biennio post novo huic Saxonum Evangelistæ sacrilegis nuptiis illigata est. Ac, ne quis execrabile illud factum reprobaret, Lutherus illud peculiari libello edito summopere dilaudavit, itâ scribens inter alia: *Fecisti novum opus Leonarde, quod loquentur ac decantabunt omnes provincia. Et multi quidem traducunt illud, ut absurdum facinus. Qui autem cum Deo sentiunt, dilaudabunt illud veluti rem præclarissimam, censebuntque id esse opus et consilium Dei.* Audient quidem te fuisse raptorem istum: at verò felicem raptorem! sicut enim Christus in hoc mundo raptor erat, quando Dæmoni per mortem suam aufererat arma, ipsumque ducebat captivum; itâ et tu has miseris animas ex humana tyrannidis carcere eduxisti. Et quidem opportunissimo tempore, in Paschate, quo Christus suorum quoque captivitatem captivam duxit etc. Prò! quæ doctrina? quàm absurda & absona comparatio Christi, & illius Koppenii? facescant ab auribus oculisque puris ejusmodi sordes Luthericæ,

----- ne stercore fœda canino

Atria displiceant oculis venientis amici!

Quod attinet ad gesta bellica, satis feliciter ea rursus ceciderunt pro Carolo Imperatore. Nitebatur quidem Franciscus Gallix Rex Mediolanum recuperare, ideòque præmiserat illuc potentissimum exercitum, quem ipse propediem secuturus, & in aciem educiturus erat. Sed hæc ejus consilia improvise rursus interversa sunt per defectionem Caroli Borbonii, Francorum Ducis præstantissimi: qui, quòd à Rege se neglectum, & ab Aloysia Regis matre magnis odiis appetitum cerneret, abjectâ ejus militiâ ad Caroli Cæsaris fortunam se adjungebat. Consternatus indè Rex, veritusque domi tumultum inter suos, retraxit pedem ex Italia: totiusque

totiù quide nec a modi piaru impru ment non r ad un agger fuerit gius & Bo regre nensi Gelde victu contr hilom máme anno animo rum ambe ventu primu ca Gr ravér runt c mito nition lato fi pèr. quod fuerat jam p èto, ti fug Scher drâ, rum f



totiusque exercitûs Præfecturam detulit Boniveto Duci, magnis quidem natalibus orto; sed qui rerum bellicarum non satis gnarus, nec alio merito, quàm Regiæ matris commendatione ad hujusmodi honores venerat. Is igitur, tametsi vel tertiâ suarum copiarum parte potuisset Mediolanum frangere, exercitum suum imprudentissimè convertit ad expugnanda quædam levioris momenti oppida: atque ità Cæsareis occasionem tempusque dedit, non modò ad contrahendum augendûmque militem; verùm etiam ad urbes præcipuas, Mediolanum scilicet & Cremonam, novis aggeribus operibusque præmuniendas. Id autem quàm fatale illi fuerit, eventus infelix docuit. Nam paulò post, & exercitus Regius continuis Cæsareorum infestationibus plurimùm diminutus, & Bonivetus Dux velitationum improsperarum tœdio in Galliam regressus est, *nullius rei bene gestæ gloriam ex provincia\* Mediolenensi referens*, uti scribit Ripamontius.

Neque Gallo felicior fuit ejusdem socius & adjutor Carolus Gelder. Is, tametsi anno 1517, à Carolo V. nondum Imperatore victus, eidem promisisset, se deinceps nihil ampliùs acturum esse contra Frisiam occidentalem, quam iniquis armis appetiverat; nihilominus iterum, hortatu Gallico, in Transifalaniem finitimamque Frisiam præcedenti anno se injecerat. Missi igitur hoc anno Joannes Wassenarius, & Georgius Schenckius, ingentium animorum & notæ virtutis viri, cum egregiis militum instructorum copiis, quæ Geldrum insolentem frangerent. Nec defuit amborum votis fortuna prospera; fugientibus enim ad eorum adventum Geldris, devictoque Worcomio Frisicæ prædictæ oppido, primùm Sevenwoldii, mox etiam Ommelandii, ac plures alii circa Groningam populi, submissis capitibus fortunam Cæsaris adoravêre. Indè Schenckius & Wassenarius victricia signa protulerunt contra Dockomium: eoque per trimestrem obsidionem domito, etiam Slota, Sneka, & quidquid aliarum urbium ac munitionum in tota Frisia vel retinuerat vel recuperaverat Gelder, oblato fidelitatis & obedientiæ Sacramento Imperium Cæsaris recepêre. Supererat adhuc Steenwicum, Transifalaniæ oppidum, quod paulò antè à Geldris dolo captum, sollicitèque præmunitum fuerat. Sed & istic vim Cæsareorum non exspectârunt Geldri, jam pridem ab illis trepidare docti. Nam adventu eorum intellecto, priusquam ab iis obsiderentur, spoliatis oppidanis præcipiti fugâ se subdixerunt. Quos tamen Wassenarius, relicto ibidem Schenckio, celerrimè infecutus est; & non procul ab urbe Geldrâ, post brevem concertationem, tam feliciter devicit, ut eorum septingenti circitèr in loco cæsi, ducenti bello capti, reliqui autem

\*Ripa-  
mont. loc.  
cit.

Carolus  
Gelder à  
Cæsareis  
profligatur  
ex tota Fri-  
sia, quam  
invaderat  
suadente  
Gallo.

Haras in  
annal. Bra-  
bant. ad  
ann. 1522.  
& 1523.  
Chytraus l.  
9, Saxon.



autem abjectis desertisque signis militaribus, quæ data via, dilapsi fuerint.

Hadrianus  
Papa mori-  
tur.

Multa alia, quæ contra Gallum hoc anno cusa & fabricata sunt, præpopere abrupta inopina mors Hadriani VI. Pontificis, Carolo V. ante omnes addictissimi. Magno huic Romanæ Ecclesiæ Capiti nihil ad summam existimationem apud Romanos defuit, quam quòd immodicum \* Papalis aulæ splendorem abrogaret; rejectoque superfluo ministrorum circumflorum syrmate,

\* Spond. ad  
hunc ann.  
Ott in Ro-  
ma gloria  
sa.

Auctores  
iidem, &  
alii.

\* in ejus vi-  
ta to. 14.  
concilior a-  
pud Labb.  
Lochorst in  
Epist post  
chron. He-  
de.

Ericus &  
Henricus  
junior. Du-  
ces Brunsvi-  
censes, in  
congressu  
Huxariensi  
adjungunt  
se foederi,  
inter Epi-  
scopum nos-  
trum & a-  
lios Comi-  
tes ante  
quadrien-  
nium inito.  
ex literis  
Archiv.  
Cath. Eccl.  
Paderb.

Ericus Epi-  
scopus Pa-  
derb. hoc  
anno cepit  
ædificare  
orientalem  
alam arcis  
Neuhusa-  
næ prope  
Paderborn.

instar hominis religiosi privatim viveret. Pro exaltanda familia sua nullam planè curam aut sollicitudinem habuit, ut nepotes & consanguineos suos ad pinguiora \* sacerdotia promoveret, solitus dicere: *nolo ædificare Sion in sanguinibus.* Obiit Romæ die 14. Septembris in festo Exaltationis S. Crucis; humatusque est in Ecclesia Teutonicorum S. MARIÆ de anima, cum hac scriptura, monumento ejus incisa: *Hadrianus VI. hic situs est, qui sibi nihil infelicius duxit in vita, quam quòd imperaret.* Successit illi Julius de Medicis Archiepiscopus Florentinus, electus Romæ die 19. & coronatus die 26. Novembris, dictusque *Clemens septimus.*

In Ostphaliæ Westphaliæque finibus hoc anno magnus diversorum Principum & Comitum congressus, die undecimâ Martii, celebratus est in urbe Huxaria. Accesserunt illuc Ericus & Henricus junior Brunsvicensium Duces, ibidemque associârunt sese foederi, quod in urbe Lipstadiensi anno 1509 inter Ericum Episcopum nostrum, aliosque Principes & Comites Ostphaliæ & Westphaliæ, pro defensione & assistentia mutua percussum erat; uti liquet è Ducum prædictorum literis, germanico sermone scriptis, cum hoc initio & fine: *Nos Dei gratiâ Ericus et Henricus junior, Duces Brunsvicenses et Lunenburgenses, profitemur ac notum facimus etc. Actum Huxariæ, die Mercurii post Dominicam Oculi, Anno à nativitate Christi Domini nostri millesimo quingentesimo vicesimo tertio.* Recensentur in iisdem literis etiam aliorum Principum Comitumque foederatorum nomina, videlicet Ericus Episcopus noster, Philippus Dux Brunsvicensis Erici Antistitis frater, Wolfgangus Princeps Anhaltinus Ascaniæ Comes, Wilhelmus Comes Hennebergensis, omnesque illi, quos ex foedere Lipstadiensi produximus ad annum 1519.

Renovato firmatoque hoc foedere Episcopus noster Paderbornam se recepit; & Neuhusii in loco amoenissimo, unâ ferè horâ ab urbe dissito, construere hoc anno cepit orientalem alam novi castri vel palatii Episcopalis. Ædificium istud, quod etiam nunc opere superbo cernitur, intrâ biennium & paulò amplius ferè usque ad dimidiam sui partem perductum est; quemadmodum ad in-

gressum



gressum castrî, quâ Paderbornam respicit, adhuc demonstrant ejus insignia muro infixâ & incisa, cum hac inscriptione germanica: *Von Gottes Gnaden / Erich Bischoff zu Paderborn und Osnabrück / Herzog zu Braunschweig und Lüneburg / Anno 1525.* Tota autem istius alæ Neuhufanæ fabrica, unâ cum turribus & omni structura interiore, diuturniorem operam expoposcit. Nam, uti coenobii Mariæmünsterensis manuscripta in diario Henrici Abbatis perhibent, anno 1529 adhuc indictæ & postulatae sunt contributiones publicæ pro novi illius ædificii consummatione. Et Ferdinandus Fürstenbergicus in monumentis Paderbornensibus memorat, etiam Hermannum de Wieda, Erici Episcopi successorem, in continuandis ædificiis ab Erico cœptis\* non parvam operam præstitisse: addendo forsitan, aut perficiendo partem alæ meridionalis usque ad antiquius ædificium, quondam ab Henrico Spiegelio conditum.

Urbi etiam Paderbornæ egregium hoc anno decus & commodum accrevit ab inchoata supra minorem Paderam officina aquaria; cujus beneficio fontes Paderæ ex inferiore urbis parte ad superiorem illius partem per canales propelluntur in amplissimos alveos; indeque iterum per canales alios derivantur in præcipuas plateas civiumque vicinorum ædes. Opus sanè utilissimum, non modò ad privatam commoditatem civium; verùm etiam ad restringenda incendia, quæ subinde non modicam urbis partem ex aquarum penuria devoraverant. Licentiam exstruendæ hujusmodi officinæ concessit hoc anno civibus Reverendissimum Capitulum Cathedrale; uti constat ex ejusdem Capituli tabulis westphalicâ linguâ conscriptis, quarum partem latinè redditam hîc appono.

**N**os Decanus, et Cathedrale Capitulum Paderbornensis Ecclesiæ, pro nobis et successoribus nostris profitemur in his literis, quòd honorabilibus ac providis Consulibus, Senatui, et communitati urbis Paderbornæ, eorundem rogatu permiserimus, ut infra monasterium Abdinghoffsense supra minorem Paderam construere et erigere possint parvam adiculam, cum rota aquatica interiùs agitata; vi cujus aquam suis usibus necessariam in forum et plateas urbis derivare queant etc. - - - In testimonium veritatis, Nos Decanus et Cathedrale Capitulum Paderbornensis Ecclesiæ supra dicta, pro nobis et successoribus nostris, majus sigillum nostrum hisce literis appendi fecimus, Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo tertio, die Mercurii post Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Et Nos Consules, Magistratus, et universa communitas Paderbornensis Civitatis profitemur in his literis reversalibus, quòd in prædicto rivulo minore, ceterisque rivis Paderæ, nihil à nobis habeatur juris, quàm quod et

O

quo-

\*vide dicenda ad ann. 1590.

Paderbornæ hoc anno struitur officina hydraulica, per quam fontes Paderæ in superiorem urbis partem derivantur. ex archiv. Cath. Ecl.



quousque nobis à prædicto Cathedrali Capitulo id indultum ac permissum est etc. . . . Datum, ut supra.

Delbrugen-  
sium privilegia  
confirmantur ab Episcopo.  
ex archiv. Delbrug.

Ostentant & hoc anno Delbrugenfes nostri privilegiorum suorum confirmationem, ab Episcopo Erico datam, & consignatam die Luna post S. Liborii Patroni nostri. Sed, cum in illis tabulis à me inspectis & relectis nihil inveniam relatu dignum; operæ præmium non existimavi, fore, ut eas latine redderem, & huic operi immiscerem.

## Annus Christi 1524.

CLEMENTIS VII. Pontificis 1. & 2.  
CAROLI V. Imperatoris. 5. & 6.  
ERICI Episcopi Paderborn. 16.

In comitiis Norimbergensibus rursus à Cæsare & Pontifice urgetur executio decreti Wormatiensis contra Lutherum. Sed frustra.

Cochlaus in actis Lutheri. Surius in comment. rer. gest. Palat. in Ag. Austr. & aliis.

Inane decretum Principum de rebus fidei definitis in proximo conventu Spirensi. Cochlaus & Palatius loc. cit. Spond. hic n. 5.



Ntrà primos hujus anni menses nova rursus Imperii comitia Norimbergæ celebrata sunt: at iterum exiguo cum profectu Religionis Catholicæ. Querebatur in iis Legatus Pontificius, causam fidei contra Lutherum tam socorditer ac negligenter à Principibus agi, cum gravissimo periculo totius Germaniæ: orare Pontificem, ut seditiones istius Monachi tandem sincerè comprimant; simulque promittere, curaturum se, pro suis viribus, ut vicissim aboleantur mitigenturque decantata scœpius germanicæ nationis gravamina. Similiter & Cæsar absens per Legatum ex Hispania missum querulabatur, edicto suo, in comitiis Wormatiensibus contra Lutherum edito, hucusque tam parùm obediri: cunctationem hanc sibi non exiguo despectui esse; ideoque velle se & præcipere, ut ejusdem edicti executio vel nunc saltem ab universis Principibus citra omnem reluctationem sincerè ac ferio ad effectum deducatur. Secuta est his de rebus diuturna Principum consultatio. Et quia jam pleraque ipsorum pars in Lutheri dogmata non parùm propendebat; tandem die 18. Aprilis nugatorium hoc planèque frivolum decretum consensu plurimorum prodiit: *Wormatiense edictum Cæsaris in omnibus Germania terris exequendum esse, quantum pro ratione temporis et circumstantiarum fieri potest: hoc est, quantum unusquisque Principum pro suo in Lutherum affectu vellet, ut ego ex eventu & rebus postea secutis colligo. Romanum verò Pontificem rogandum esse, ut ad examinanda Lutheri dogmata generale concilium in Germania convocet, quàm primùm potest. Ac; ne interea populus rerum credendarum incertus maneat; primùm in Diœcesi quolibet seligi oportere viros doctissimos, qui per æstatem hujus anni libros*

L.



Lutheri perlegant, et ex iis bonum à malo segregent: deinde verò circa Novembrem hujus anni nova rursus comitia Spirensi in urbe congreganda esse, in quibus audito eorundem eruditorum judicio definiatur, quid usque ad finem generalis concilii quisque agere vel credere in rebus Divinis debeat. Superi boni! quæ & quantæ hallucinationes in hoc Principum istorum decreto? quomodo poterat convocari concilium generale, nondum conciliatis Gallo & Cæsare? quomodo universalis & antiquissima Ecclesiæ doctrina disquiri debuit in urbe Spira, in conventu particulari quorundam Principum? quis inibi futurus iudex controversiarum? non indocta plebs, uti liquet per se. Non ipsimet congregati Principes: quia potissimam sui partem seculares erant, ad quos orthodoxæ fidei & rerum credendarum censura nunquam pertinuit. Non denique selectiores è Clero viri. Quis enim persuadeat sibi, Gallos, Italos, Hispanos, aliósque Ecclesiæ populos id approbaturus esse, quod paucis Germanis credibile visum fuerit, præsertim in particulari coetu, nullâ Cæsaris ac supremi Pontificis auctoritate coepto? Hac & alia contra decretum illud prudenter obmovebat Legatus Pontificius. At à plerisque Principum æquè parùm auditus est, ac ii, qui furdo canunt. Quare tandem coactus est ea de re Pontificem erudire, & hic vicissim apud Carolum Imperatorem conqueri. Carolus autem Imperator, qui tunc agebat in Hispania, non modo hoc Norimbergense decretum, velut inane ac frivolum reprobat; sed etiam Principibus omnibus gravissimè interdixit, ne in urbe Spira convenirent, ibique novam rerum credendarum normam formamve cuderent: uti constat ex proluxa ejusdem Imperatoris epistola, à Cochleao recitata, signataque *Burgis in Castilia, die 15. Julii, anni MDXXIV.*

Cæsareum illud fulmen haud obscurè jam præsenferant nonnulli Principes, quorum sincerius adhuc studium erat in religionem Catholicam: nimirum Ferdinandus Archidux Caroli Imperatoris frater, Matthæus Cardinalis & Archiepiscopus Salisburgensis, Georgius Saxonix Dux, Wilhelmus & Ludovicus Bavarix Duces, Bernardus Episcopus Tridentinus, Ernestus Episcopus Passaviensis, Joannes Episcopus Ratisbonensis, Wigandus Episcopus Bambergensis, Georgius Spirensis, Wilhelmus Argentinenensis, Christophorus Augustanus, Hugo Constantiensis, Philippus Frisingensis, Christophorus Basileensis, & Sebastianus Brixinensis. Hi, cum in comitiis Norimbergensibus contra pluralitatem aliorum Principum nihil evincere potuissent, conventum aliquem particularem condixerunt in urbe Ratisbona, festo S. Joannis Baptistæ; ibidemque præsentè Legato Pontificio con-

Carolus V.  
per speciale  
rescriptum,  
ex Hispania  
missum, de-  
cretum hoc  
Norimber-  
gense re-  
probat.

Cochleus  
in actis Lu-  
theri.

Spond. &  
Surius ad  
hunc ann.

Alii Princi-  
pes Catho-  
lici in alio  
conventu  
Ratisbonæ  
habito, de-  
cernunt ob-  
temperare  
edicto

wormati-  
ensi, & Re-  
ligionem  
Catholi-  
cam tueri.

Cochleus,  
Surius,

Spond. &  
alii.



diderunt saluberrima hæc statuta, in eorum terris observanda: *Wormatiensi edicto Caesaris purè ac simpliciter omnes obtemperent: sacrificium Missæ et omnia Sacramenta consuetis Ecclesiæ ceremoniis peragantur: in jejuniis, precationibus, aliisque ritibus antiquis nihil innovetur: sacrilega Sacerdotum ac sanctimonialium connubia non tolerantur. Studiosi Wittenbergenses ad sacerdotium vel doctorem publicam nullibi admittantur. Subditorum ac civium filii, qui in studiis versantur Wittenberga, intra spatium trimestre revocentur; neque illuc redire audeant sub pœna confiscationis et amissionis bonorum ac beneficiorum omnium. Nemo ad populum verba faciat, nisi examinatus ab Episcopo loci: nemo ex typographis librum aliquem prelo det, nisi qui prius approbatus fuerit ab Episcopo etc.*

Lutherus  
hoc anno  
Monachalè  
cucullum  
exiit.

Spond. ad  
hunc ann.

& alii  
passim.

Henricus  
Zurphani<sup>9</sup>  
apostata  
(vulgò  
Broer

Henric)

primus Bre-  
mensium  
seductor,  
hoc anno  
vixit exu-  
ritur in  
Dithmarsia

Chron.

Brem. ms.  
Spond. hic  
n. 12.

Cochleus  
in actis Lu-  
theri.

Surius in  
comment.

\* alius Jacob  
Provest/  
und Jo-  
han Sö-  
temelct.

Utinam pari zelo exarsissent & alii Principes, maximèque Fridericus Saxonie Dux & Elector! hujus enim conniventia Doctor Lutherus, in extrema vitiorum ruens, tandem hoc anno die 9. Octobris monachalem cucullum exiit; pessimòque exemplo suo quàm plures alios diversorum Ordinum Religiosos ad hoc audendum & imitandum traxit. Quanquam ii omnes in prædicando hoc novo Evangelio non unâ eademque fortunâ gavisi fuerint. Nam, ut alios non paucos taceam, Henricus Zurphanius ejusdem Augustiniani Ordinis desertor (quem Bremenses primum suæ urbis Evangelistam & purioris doctrinæ præconem vocitant) apostasiæ ac desertionis suæ mercedem tristissimam hoc anno retulit. Wittenbergam hic abiêrat ex monasterio Antwerpensi; auditòque Luthero Antwerpiam reversus, perniciosam ejus doctrinam in hac urbe sparferat. Comprehensus idcirco bis, & alterâ vice post errores jam semel ejuratos in severiorem custodiam detrusus, perfracto carcere diffugit Bremam. Hic autem à civibus avidissimè receptus, Lutheranam hæresin intra annum & aliquot menses ita disseminaverat; ut ineunte hoc anno duos alios ejusdem Ordinis apostatas, puta Jacobum \* Præpositum & Joannem Amsterdami-um, in operam subsidiariam advocari necessum fuerit. Neque diu tunc emansit pœna, votorum suorum violatori debita. Cum enim haud multò post à Pastore Meldorpiensi in Dithmarsiam evocatus, ibique non semel impiè contra antiqua Ecclesiæ dogmata concionatus esset; nocte mediâ ab armatis Dithmarsiensibus in lecto comprehensus, alteròque mane, die decimâ vel undecimâ Decembris ferali rogo combustus est. Lutherani hunc passim appellant martyrem. Sed cur etiam eodem titulo martyribus non adscribunt Joannem Leidensem, Bernardum Knipperdollingium, Müntzerum, & alios hujusmodi? *Martyres Christi non facit pœna, sed causa, ait S. Augustinus. Et ante hunc S. Cyprianus: ardeant licet*



*licet flammis, et ignibus traditi animas suas ponant; non erit illa fidei corona, sed pœna perfidia. Occidi talis potest: coronari non potest.*

Hoc etiam anno apud nos inter perillustres Dominos de Spiegel non parva dissensio erat de monte castróque Defenbergico, in quo tanquam primariâ feudorum Spiegeliorum parte domini Defenbergensis jurisdictio quondam fundata fuit. Controversiam hanc ante annos quinquaginta & amplius\* jam composuerat Simon Episcopus, constitutâ inter eos pace Castellânâ, quam vocant germanicè *Burgfriede*. Quoniam verò posterioribus hîsce temporibus novæ iterum discordiæ repullulaverant inter eorundem successores; Ericus Episcopus noster iisdem efficacissimè se interposuit, veteremque pacem Castellanam juxta leges à Simone constitutas renovari fecit. Qua de re in Cathedralis Ecclesiæ nostræ tabulario adhuc asservantur ejusdem Erici literæ, Westphalica dialecto scriptæ, quarum initium & finis est: *Nos Ericus, Dei gratiâ Episcopus Paderbornensis et Osnabrugensis, Dux Brunsvicensis, notum facimus et profitemur vigore harum literarum etc. - - - Datum anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo quarto, die S. Andrea Apostoli.* Hodie castrum illud, quod in montis Defenbergensis fastigio steterat, nescio quibus annorum præcedentium injuriis planè collapsum est: intèrque murorum ac turrium ruinas, veterem suæ nobilitatis gloriam concidisse luget. Id quod Ferdinandus Fürstenbergius, Episcopus noster, in monumentis Paderbornensibus\* maximopere deplorat, hîsce versibus:

*Nunc jacet indignâ latè collapsa ruinâ*

*Arx vetus, et rerum gloria sola manet.*

*Quis, nisi mentis inops, factis extendere famam*

*Negligat; ipsa videt si quoque saxa mori?*

Supersunt & aliæ plures Erici Episcopi de hoc anno literæ, ex quibus manifestè liquet, eum potissimâ hujus anni vel ætatis parte in Diocesi nostra perstitisse. At, cum in iis nihil inveniam, quod ad illustrandam historiam faciat; libenter eas prætermitto, & adhuc pauca aliqua de rebus in Italia gestis hîc adjungo. Mense Augusto Carolus Borbonius, Cæsareorum ductor, cum nonnullis peditum equitumque millibus in Galliam Narbonensem irruit: Aquisque sextiis\* magnâ civium gratulatione receptus, cogitabat Avenionem; & inde rursus Lugdunum (vulgò Lion) urbem id temporis malè firmam aut minùs custoditam. Hac autem occupatâ, facillimum ipsi erat, è vicino Ducatu Borbonico suas copias adaugere, & in ipsa Galliarum viscera se inferre: præfertim cum viciniore populi adamarent magis Borbonium Ducem; quàm Regem

Ericus Episcopus Paderb., hoc anno confirmat & renovat inter nobiles de Spiegel pacem Castellanam in monte Defenberg; \*ex literis archivi Cath. Eccl. Paderb. \*aº 1472.

\*fol. 155.

Cæsareani improspere impugnant Marsiliam. Palat. in Ag. Aust. Spond. Surinus & alii, \*gallice Aix.



gem ipsum, ob illicitos amores minùs carum. Displicebat confilium illud Ferdinando Davalo, & aliis quibusdam belli Ducibus; malebântque, non attentâ copiarum suarum paucitate castra verti contra Massiliam: sed eventu maximè improspéro; posteaquam enim quadraginta dies in ejusdem urbis diverberatione inutiliter consumpsissent; adveniente Gallorum exercitu, obsidionem malè cœptam solvere, & majori, quàm illuc venerant, celeritate in Italiam se recipere coacti sunt. Abeuntes è vestigio infecutus est Franciscus Rex: omissoque Mediolanensi castro, universum exercitum adduxit ad Papiam urbem, cui præter quingentos Hispanos quinque millia Germanorum à Cæsareanis injecta erant sub Antonio Leva, expertæ fortitudinis & scientiæ militaris viro. Cœpta est hæc obsidio sub initium Novembris: certèque tunc fuisset actum de Insubria, si Franciscus Rex tantum valuisset ingenio & arte militari, quantum Regali potentiâ, & militum congregatorum numero; uti docuit eventus famosissimæ hujus obsidionis, de qua plura ad annum proximè secuturum.

Cæsareani  
obsidionē  
solvunt in  
adventu  
Francisci  
Gallorum  
Regis: qui  
& Papiam  
obsidere  
cœpit men-  
se Novem-  
bri.

Palat. in  
Aq. Austr.  
Spond. &  
Surius hic.  
Ripamont.  
l. 16. Hist.  
Mediolan.

## Annus Christi 1525.

CLEMENTIS VII. Pontificis 2. & 3.

CAROLI V. Imperatoris 6. & 7.

ERICI Episcopi Paderborn. 17.

Franciscus  
Galliæ Rex,  
ante Papiā  
ingenti clas-  
se prostratus,  
à Cæsareis  
capitur unā  
cum Henrico  
Navarræ Rege.  
Palat. in  
Aq. Austr.  
Spond. &  
Surius hic.  
Ripamont.  
l. 16. Hist.  
Mediol. &  
alii.



Francisco Galliarum Regi tardè hætenus procedebat obsidio Papiensis in Italia: tum quòd iniquissimo hoc anni tempore obsidionales copias multis inutilibus frustrancisque laboribus nimium delassaret: tum quia simul id temporis ad occupandam urbem Regnumque Neapolitanum non pauca suorum millia transmiserat; & alia sex Rhætorum Grisonumve millia, ob interceptam à Cæsareis Clavennam, repentè in suam patriam revocata fuerant. Interea Cæsareani, obsidentium tarditate læti, vires suas egregiè restaurabant. Et quidem hi, qui per insubriam in diversis urbibus aut munimentis dispersi fuerant, colligebant se apud urbem Laudam, vulgò *Lodi*. Iis autem brevi tempore accedebant primùm non parva Anglorum & Helvetorum auxilia; pauloque post, circa finem Januarii, adhuc quindecim Germanorum peditum equitumque millia, à Borbonio Duce in Italiam traducta. Quæ dum exercitui reliquo se conjunxere, tandem pugna cum hostibus decreta est, omnisque miles tam propè admotus ad castra Gallicana, ut ambarum partium sclopetarii penè se invicem contingere, & mutuis explosio-

nibus



nibus laceſſere poſſent. Initium pugnae duabus ante lucem horis à Cæſareis datum eſt die vicesimâ quartâ Februarii, ſancto Matthiæ Apoſtolo ſacrâ : atque , ut ſe invicem inter matutinas tenebras diſcernere à Gallis poſſent; miles omnis albâ tunicâ , veſtimento ſuperjectâ , ante prælium indutus erat. Certatum fortiter aliquot horis ab utraque parte. Demum verò Cæſareani pleniffimâ victoriâ potiti ſunt; & , quod omnium feliciffimum fuit , etiam ipſe Gallorum Rex , confoſſo infra ſe equo , in manus ipſorum incidit. Rogatus , an ſe vellet Borbonio Duci captivum dedere? eundem velut Gallicæ coronæ tranſugam averſatus , Lanoium Ducem accerſi petiit; & huic ſeſe , priuſquam Borbonius adveniret captivum tradidit. Præter ipſum bello capti ſunt , Henricus Rex Navarræ , Annæus Mommorantius Franciæ Mareſchallus , aliique Procerum Gallicorum plurimi cum ingenti militum gregariorum turba : cæſi autem & in prælio ſtrati , Bonivetus Admiralius , Palliffius & Leſcutus Mareſchalli , Tremollius , Suffolcius , Sanſeverinus , multique alii inferioris notæ , quos univerſim ad octo vel decem millia aſcendiſſe volunt. Reliqui verò Galli (quidquid ipſorum adhuc ſupererat in tota Inſubria) viſâ auditâve fuorum clade , feſtinatis curſibus in ſuam Galliam relapſi ſunt; neque prius à fuga deſtitere , uti ſcribit Ripamontius , *quàm relictas à tergo Alpes cernerent.*

Partâ hac inſigni victoriâ , quæ Imperatori Carolo ſeptingentis tantum aut octingentis capitibus conſtitiffe fertur , Henricus Rex Navarræ in arcem Papienſem deductus fuit : ex qua tamen , auxilio quorundam civium , paulò poſt elapſus; & occultiffimis itineribus in Galliam reverſus eſt. Franciſcum verò Lanoius Dux primò Piceleonem \* , deinde navali itinere in Hiſpaniam tranſportavit; ubi Carolo Imperatori traditus , in arce Madritenſi decentiffimam & Rege dignam cuſtodiam uſque in annum proximè ſequentem pertulit. Ajunt , ipſum (cùm in hujus arcis pariete ſcriptum reperiffet illud ſymbolum Caroli V. : *Plus ultra*) ſuâ manu ſubnotâſſe hanc monitiunculam , *Hodie mihi , cras tibi* : Carolum verò , ſuæ fortis non immemorem , ſubſcripſiſſe iterum illud Terentii : *Homo ſum : humani nihil à me alienum puto.*

Sopito hunc in modum bello Gallico , exortum eſt in Germania *bellum Ruſticum* , cujus incentor primarius fuit ſacerdos apoſtata Thomas Müntzerus , Lutheri diſcipulus. Hic , ut erat mortalium audaciſſimus , cum ſocio ſuo Pfeiffero , Præmonſtratenſis ordinis deſertore , coepit hoc anno percuſſare varias Germaniæ provincias , & ubique ruſticos in pagis excitare , ut Evangelicæ libertatis reſtaurandæ cauſâ poteſtatem omnem , tam ſecularem

Rex Navarræ clam elabitur à cuſtodia: Rex Galliarum abducitur in Hiſpaniam.  
Spond. ad hunc ann. & alii paſſim.  
\* vulgò, Piccigghione.

Bellum ruſticum in Germania auctore Thoma Müntzero. Cochleus in aſſis Lutheri.

quàm



*Palat. in Ag. Auf. Helvicus in Theatr. Hist. univ. Spond. Surrius & alii.* quàm Ecclesiasticam, armatâ manu supprimerent, Sacramenta abolerent, Ecclesias invaderent, monasteria destruerent, Monachos ac Sanctimoniales trucidarent. Mira stolidâque res! intrâ breve tempus post seditiosas hujusmodi conciones trecenta (ut ajunt) rusticorum millia in armis constitere, maximèque in Thuringia, in Alsatia, in Suevia, Franconia, & aliis ad Rhenum locis. Ac priusquam à Principibus conscribi possent necessarii militum exercitus; eo furore proruerunt in Ecclesias, arces, ac monasteria, ut in sola Franconia plùs quàm ducentas Nobilium arces ac monasteria in flammâ egerint. At ille hominum seditiosorum furor brevi iterum oppressus est. Nam, ut primùm vicini Principes militari manu adversùs eos in arenam processere; agrestis illa gens tam foedo excidio percussa est, ut intrâ bimestre spatium centena & ampliùs eorundem millia occubuerint. Antonius Lotharingiæ Dux ad viginti sex millia trucidâsse fertur in Alsatia. Pari strage affecti sunt ab Electore Palatino, Moguntino, & aliis foederatis, quibus etiam Diœcesis nostra\* subsidium pecuniarium pro communi bello conferre debuit. Postremùm verò à Georgio Saxonum Duce, Philippo Hassiæ Landgravio, & Henrico Brunsvicensi, decumanam ac decretoriam cladem accepere prope Frankenhufium in Thuringia, confossis primo impetu sex & ampliùs rusticorum seditiosorum millibus, captoque ipsorum Evangelista Müntzero, qui ægritudinem à prælio peractò simulans, in lectum se injecerat. Nec multò post etiam Pfeifferus ejusdem socius in fuga comprehensus, & Mülhufium\* deductus est; ubi ambo viri nequam infami gladio plexi, & ipsorum capita ad conservandam facti memoriam feralibus contis imposta fuere: diverso tamen amborum exitu. Pfeifferus enim impœnitens obiit ad modum bestię: Müntzerus autem revocatis erroribus, acceptisque ritu Catholico Sacramentis, inter pientissimos dolentis animi affectus\* occubuisse fertur, melior Christianus in morte, quàm in vita.

*Rustici ubique ingenti clade ceduntur à Principibus*

*Auctores iidem.*

*Brower. in ann. Trev.*

*\*ex Diario Henrici*

*Abbatis in Marien-*

*münster.*

*Müntzerus & Pfeifferus,*

*rusticorum*

*antesignani*

*capiantur,*

*& afficiuntur morte.*

*auctores iidem.*

*\*urbs Thuringia.*

*\*Cochlaus in actis Lutheri.*

*Seditiones civium*

*Francofurti & Moguntia.*

*Cochlaus & Surrius hic.*

*Seditiones civium*

*Francofurti & Moguntia.*

*Cochlaus & Surrius hic.*

*Seditiones civium*

*Francofurti & Moguntia.*

*Cochlaus & Surrius hic.*

*Seditiones civium*

*Francofurti & Moguntia.*

*Cochlaus & Surrius hic.*

Sed nondum hîc finis fuit malorum, quæ ex malignis Lutheri suggestionibus in hunc annum inciderunt. Nam eodem illo tempore, quo prædicti rustici contra suos Dominos, etiam in urbibus depravati cives contra personas Deo sacras vehementer insurgere visi sunt: neque dubium est, quin divina profanâque omnia fuissent permixturi, nisi compressa rusticorum seditio etiam tumultus hujusmodi civicos feliciter enervâset. De Franckofurtensium ac Moguntinensium seditione, quarum utraque in Aprili contigit, videri potest Joannes Cochlaus. Quæ autem sequenti mense Monasterii Westphalorum contigit, hujusmodi ortum & pro-



progressum habuit. Lutheranam ibi doctrinam de superiore loco proposuerant quatuor Sacellani urbici, Lubertus Cansemius ad S. Martinum, Joannes Tantius ad S. Lambertum, Fridericus Reiningius ad B. Virginem trans aquas, & Joannes Vinchius ad S. Ludgerum: quibus etiam extra templum in privatis colloquiis egregiè assistebat Adolphus Clarenbachius, Ludimagister Martinianus, Coloniae postmodum combustus. Horum tumultuosis adhortationibus concitati cives, adversus Clerum & libertatem ejus conscripserunt leges triginta quatuor, quarum praecipua capita sunt haec: *Sede vacante, custodia castrorum Episcopali non sit in manu solius Capituli Majoris; sed etiam in manu unius è nobilitate, et unius è numero civium. Nullus è Clero sit immunis ab oneribus publicis. Collegia Canonicorum, etiam Ecclesiae Cathedralis, subjiciantur correctioni civium. Nullus è statu civico potestatem habeat legandi aliquid personis Ecclesiasticis, etiam ad sacra funebria et memorias anniversarias. Filii civium, ad Clericalem statum transaturi, bona hereditaria non queant aliis donare vel transcribere, quàm solis civibus. Ad Collegium Fratrum communis vitae\* nemo deinceps admittatur: iis, qui adhuc ibidem vivunt, suppeditentur omnia ad congruam sustentationem necessaria; reliqua vero convertantur in usus pauperum etc.* Has aliasque leges exoticas die vicesimâ sextâ Maji cum ingenti fremitu obtrudunt Magistratui ac Senatoribus urbis, comminantes iisdem extrema omnia, nisi leges istas à Capitulo Majoris Ecclesiae continuò recipi & consignari faciant. Mox etiam furore populi jubentur occludi portae, stringuntur gladii, coguntur ad plebis imperia Consules, adeuntur majoris Ecclesiae Canonici, propositoque mortis periculo legem populi admittunt, consentiunt, subscribunt: ac dein, tumultu paululum confopito, die primâ Junii, ab urbe se proripiunt. Interea Clerus minor, qui in urbe manserat, in id unum incumbibat, ut quatuor isti Sacellani, velut praecipui tumultuum praeteritorum incentores, dimoverentur à suis cathedralis. Et primò quidem Canonici Martiniani tentârunt illud in Sacellano suo Luberto Cansemio. Is enim omnis verecundiae immemor, tametsi antea conjugii fidem addixisset puellae perhonestae, quam stupraverat; alterius insuper haud parvi nominis virgunculæ pudicitiam sollicitaverat per literas amatorias, foedâ spurcitie ac turpitudine plenas. Quæ literæ cum in publico senatu praelectæ essent, ita commoverunt Senatorum animos, ut Collegio Martiniano quantocyus facultatem dederint, scelus istud ab officio & suggestu sacro detrudendi. Pari felicitate etiam Joannes Tantius à Pastore Lambertino, & Fridericus Reiningius à Decano Transaquensi, sacellanatibus suis exuti ac depulsi sunt: Vin-

Seditio urbis Monasteriensis, & ejus origo à praecognitionibus Lutheranis. *Kerfsenbroch in hist. Anabapt. ms. ad annum hunc & praecedentem.*

\*vulgò Fratres Herren.

Tumultus hic sedatur, depositis ab officio praedicatoribus. *Kerfsenbroich. loc. cit.*



ckio autem, ne quid ampliùs mutiret contra Catholicos, oblato alio pinguiore sacerdotio garrulum os facillimè clausum & obturatum est. His autem ab officio vel ab urbe pulsus, tota factio Lutherana quàm primùm concidit: ac decimo post mense non solum Cathedralis Ecclesiæ Canonici in urbem reversi (ut cives mutata mente jam iterum expetièrunt) sed etiam omnes legum priùs obtrusarum articuli solenni pacificatione aboliti & abrogati sunt.

Seditio civium Osnabrugensium, & eorum iniquissima aula contra Clerum & Capitulum Chron. Osnabr. ms. Chytræus l. 11. saxon. Hamelm. in hist. Ev. ren.

Non minori cum ferocia contra Clericos tumultuatum ac defæviturum est Osnaburgi: nam & ibi novæ libertatis Evangelica tuba jam insonuerat per Gerhardum Heckerum, Ordinis Augustiniani Monachum. Seditionis autem vexillum primus ibidem extulit Joannes de Oberg, civis Osnabrugensis: cui protinus accesserunt permulti alii, maximèque Joannes Ertmannus, Henricus Liirmannus, & (ut vulgò credebatur) etiam Otto Spikerus, ejusdem urbis Gogravius. Hi, cum audissent, Monasterienses tanta cum audacia adversus Clerum insurrexisse; eorundem exemplo moti judicârunt, sibi pariter aliquid audendum esse pro tuenda (ut vocabant) libertate Evangelica. Itaque his instigantibus, ultimâ die Maji, quæ tunc erat feria quarta ante Pentecosten, coacta est ingens multitudo plebis, effractæ Cathedralium Canonicorum ædes, direpta Clericorum bona, aliâque id genus plurima contra immunitatem Ecclesiasticam horribiles inter clamores gesta & attentata sunt, repugnantibus frustra Consulibus & Magistratu urbico, suorummet capitum non securis. Gravissimè hanc injuriam ac seditionem tulit Ericus Episcopus: jamque tales coquebat iras, quæ indubiè toti urbi extremam perniciem attulissent; nisi prudentior Magistratus ad mitigandum ipsius animum continuò deprecatores adhibuisset Gerhardum Abbatem Iburgensem, & alios viros eidem Antistiti non parùm caros. Horum intercessione tandem eò res deducta est, ut omisâ armorum vi, concordia & pacificationis ineundæ causâ amicabilem congressus fieret; in eoque per designandos arbitros ac mediatores, offensio tota quocunque meliore modo sopiretur. In hoc autem congressu, Bilefeldiæ die sextâ Augusti habito, à designatis mediatoribus, Philippo Erici Antistitis fratre, Philippo seniore Comite Waldecensi, Gerardo Abbate Iburgensi, ac Theodorico Lüningio satrapâ Ravensbergensi, cum utriusque partis consensu statutum est: *Primò*, ut urbs Osnabrugensis Erico Antistiti in satisfactionem offensæ pro multa solvat sex millia florenorum aureorum Rhenensium. *Secundò*, ut Joannis Obergii, velut primarii incentoris, poena relinquatur arbitrio Principis, qui illum vel supplicio capitis, vel bonorum suorum confiscatione punire poterit; ità tamen, ut ab ingressu

Ericus Episcopus gravissimas minas intendit urbi; sed paulò post iterum pacatur in tercessione Abbatis Iburgensis & aliorum. Chron. Osnabr. ms. Chytræus loc. cit.

Civitas multatur sex millibus aureorum: seditiosi puniuntur. Ex literis Archivi Cath. Eccl. Osnabr.

urbis a tiò, ut fuorum qui, ab Erico tetur aliique securè re serv hoc fer Philipp Theodo mus, ex una ratione cum ut post na quinto. In è vivis Luthere ejusde functu ad hunc rus cap potius, curam nibus l advers cælibi Hic L tandi, buit. proru die vi conju bienn (ut Co satione modi ingen



urbis ac Diocesis Osnabrugensis æternùm exclusus maneat. *Ter-*  
*tiò*, ut Magistratus Osnabrugensis alios factiosos pro quantitate  
 suorum delictorum puniat, excepto Ottone Spikero Gogravio:  
 qui, si hujusmodi seditionis particeps fuerit (utì refert suspicio)  
 ab Erico Antistite punietur eo modo, quo in alios reos animadver-  
 tetur ex parte Magistratùs. *Quartò*, ut Canonici Cathedrales  
 aliique Clerici, qui prædictæ seditionis causâ ab urbe profugerunt,  
 securè ac libere ad suas ædes reverti debeant &c. - - - Qua de  
 re servantur adhuc tabulæ publicæ, vernaculo sermone scriptæ,  
 hoc ferè initio & fine: *Nos Philippus Dei gratiâ Dux Brunsvicensis,*  
*Philippus senior Comes Waldecensis, Gerhardus Abbas Iburgensis, ac*  
*Theodoricus Lünig satrapa Ravensbergensis, profitemur ac palàm faci-*  
*mus, quòd in dissensionibus et inimicitiiis, inter Ericum Episcopum---*  
*ex una, et Magistratum urbemque Osnabrugensem ex altera parte ortis*  
*ratione seditionis ac violentiæ, contra Clerum Osnabrugensem usurpatæ,*  
*cum utriusque partis notitia et consensu statuerimus in hunc modum etc.*  
 - - - *Datum et actum Bilefeldiæ, Dominicâ post vincula Petri, anno*  
*post nativitatem Christi Domini nostri millesimo quingentesimo vicesimo*  
*quinto.*

Inter has urbium ac rusticorum seditiones, die quintâ Maji,  
 è vivis abiit Fridericus Dux & Elector Saxoniz: magnus quidem  
 Lutheri fautor & patronus; in eo tamen commendandus, quòd  
 ejusdem errores nunquam amplexus, & adhuc ritu Catholico de-  
 functus fuerit. Sic enim docet\* Chytræus, homo Lutheranus,  
 ad hunc annum ita scribens: *Dux Fridericus, sub quo docere Luthe-*  
*rus cœpit, nunquam videri voluit, immiscere se illius causæ, sed ostendit*  
*potiùs, Ecclesiasticas controversias commendare se Episcopis, ad quorum*  
*curam pertinerent. Ideo sinebat Theologos ea de re scriptis ac disputatio-*  
*nibus luctari inter se; catenus solum Luthero patrocinium præstans, ne*  
*adversariorum violentiâ opprimeretur.* Successit ei, velut improli &  
 cælibi, Joannes frater ejus, acatholicæ doctrinæ primus cultor.  
 Hic Luthero & aliis ejusdem farinae sociis, omnem agendi, mu-  
 tandi, reformandi, ac pervertendi libertatem in rebus Ecclesiæ tri-  
 buit. Atque ideo infrenis ille apostata in eam vitæ licentiam  
 proruit, ut (quod aliàs nunquam ausurus fuisset vivente Friderico)  
 die vicefinâ septimâ Junii præsentis anni sacrilego connubio se  
 conjunxerit cum sanctimoniali profuga Catharina de *Bore*, quæ  
 biennio abhinc è Nimicensi monasterio abducta, atque interim  
 (ut Cochleus\* asserit) *vagâ suâ inter scholares Wittenbergenses conver-*  
*satione generis communis effecta fuerat.* Præclarissimum inauditis hujus-  
 modi nuptiis epithalamium addidit Hieronymus Emserus, amœni vir  
 ingenii; interque alia, Lutheranorum personam agens ita\* cecinit:

Fridericus  
 Dux & Ele-  
 ctor Saxo-  
 niz mori-  
 tur Catho-  
 licè.

Chytræus  
 l. i. Saxon.  
 Successor  
 ejus & fra-  
 ter Joannes  
 Dux, plus  
 indulget  
 Luthero:  
 qui paulò  
 post uxore  
 ducit Ca-  
 tharinam  
 de *Bore*  
 Monialem  
 profugam.  
 Cochleus  
 in actis Lu-  
 theri.

Spond. ad  
 hunc ann.  
 \*Cochleus  
 loc. cit.  
 \*apud Co-  
 chleum in  
 actis Luth.  
 ad annum  
 1525.



*Hoc Magistro licet nobis  
Omne nefas, licet probis  
Omnibus obstrepere:  
Conculcare licet leges,  
Infamare licet Reges  
Summo cum Pontifice.*

*Sed et ipsos irridemus  
Christi Sanctos, ac delemus  
Caelitum imagines:  
Septa claustrum dissipamus,  
Sacra vasa compilamus  
Divinosque calices.*

*I enculla! vale cappa!  
Vale Prior, Custos, Abba,  
Cum obedientia!  
Ite vota, preces, hora!  
Vale timor cum pudore,  
Vale conscientia!*

Albertus,  
magn<sup>9</sup> Ma-  
gister Ordinis  
Teutonici in Bo-  
russia, defici-  
cit à fide, &  
uxorem dæ-  
cit.

*Chytraus  
Spond. Sur-  
rius & alii  
\*Reusner  
in Genealo-  
gia Regum  
Dania.*

Ejus exem-  
plo Luther<sup>9</sup>  
Albertum  
Archiepi-  
scopum  
Mogunti-  
num solli-  
citat ad A-  
postasiam  
& matri-  
monium.

*Serar. l. 5.  
rer. mo-  
gunt p. 887.  
Spond. hic  
n. 19.*

*Cochlæ<sup>9</sup> Su-  
rius & alii.  
Albertus  
Moguntin<sup>9</sup>  
ne quidem  
dignatus est  
Luthero ad  
has literas  
respondere.*

Lutheri exemplum continuò, velut obice rupto, secuti sunt quàm plures alii Sacerdotes, Monachi, ac variorum Ordinum Religiosi: interque eos etiam Albertus Brandenburgicus, Teutonici Ordinis per Borussiam supremus Magister. Nam & ipse hoc \*anno, religiosorum votorum immemor, cum Dorothea Friderici Regis Danorum filia matrimonium iniiit; assumptoque Ducis Borussiarum titulo, regiones istas ab Ordine Teutonico in domum Brandeburgensem transfudit. quod cum summopere probaretur à Luthero, etiam consanguineum ejus Albertum Archiepiscopum Moguntinum in eosdem calles pertrahere, eique similiter per literas persuadere studuit, ut acceptam Conjugem Archiepiscopales terras in sæcularem Principatum verteret: *Habet, inquit, hac in re Illustrissima Dominatio vestra pulcherimum exemplum, nempe Magnum Borussiae Magistrum.* Et iterum paulò post: *Quod si hæc animum Illustrissimæ Dominationis vestra non permoveant; certè vel hoc solum sufficere deberet, quòd Illustrissima Dominatio vestra à Deo facta sit persona mascula. Voluntas enim Dei est, ut vir habeat mulierem, juxta illud Gen 2. Non est bonum, esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. . . . Horribile est, si vir in morte inveniatur sine uxore, nisi saltem habuerit sincerum animum voluntatèque in eundi matrimonii! quid enim respondebit, cum Deus interrogaverit: virum te creavi, qui solus esse non debet, ubi ergo est uxor tua? Superiboni! quanam hæc verba impia, sacrilega, propudiosa? quis unquam vel in Scriptura sacra, vel in sanctorum Patrum voluminibus legit, ejusmodi quæstionem in divino judicio proponendam esse? At alium Lutherus virum in hoc Antistite expertus est, quàm ipse credidisset: imò talem, qui scurrilem hanc epistolam ne levi quidem responsiunculâ dignatus est impertire. Sciebat enim, quod ait Augustinus l. 1. de adulterinis conjugis c. 24. *Quod alicui, antequam vorisset, licuit; id, cum se nunquam fa-**

*Etia.*

*Elurum  
sicut es  
enim  
hoc De  
te Don*

*P  
nofter  
edictu  
fua rig  
comm  
dierat  
ideòq  
jurisd  
evoca  
tuntu  
dotes  
procu  
judici  
lum p  
singul  
suosq  
nibus  
fuo ca  
fit an  
custo  
ejusde  
nomi  
paritu  
cerdo  
comp  
iifden  
gestæ  
juvat  
archiv  
do for*

*N  
Herio  
sinus  
quist  
rei Po  
harem  
quod*



flurum voverit, non licebit; si tamen id voverit, quod vovendum fuit; sicut est perpetua virginitas, vel continentia post experta connubia. Hac enim, cum homines voverint, nullâ conditione rumpenda sunt: quia et hoc Dominum præcepisse intelligendum est, ubi legitur, Vovete, et reddite Domino Deo vestro.

Paris constantiæ in fide catholica adhuc erat Ericus Episcopus noster: & quod amplius commendandum est, Wormatiense edictum Caroli Cæsaris contra omnes Luthero addictos in Diocesi sua rigorosissimè solebat exequi. Experti sunt id Sacerdotes vitæ communis\* in domo Fratrum, quæ tunc erant Herivordiæ. Audierat, eos vel eorum aliquos Lutheranis doctrinis adhærescere; ideoque in vim edicti Wormatiensis jubet eos, velut Ecclesiasticæ jurisdictioni nostræ subiectos, à Procuratore fiscali Paderbornam evocari, ut ibidem fidei doctrinæque suæ rationem redderent. Mittuntur ergo prædicti Conventus aut Collegii nomine duo Sacerdotes, Henricus *Telgete* & Gerhardus *von Xanten*, hujus causæ procuratores ab eadem Domo Fratrum constituti. Hi, cum in judicio Ecclesiastico interrogarentur de Lutheri dogmatis, non solum protervè responderunt se iisdem adhærescere; verum etiam singulari immodestia contra sententiam, à generali Vicario in se suosque latam, nescio quibus frivolis audacissimisque appellationibus protestati sunt. Sed hanc eorum audaciam pro merito suo castigavit ac fregit Ericus Episcopus. Continuo namque iussit ambos Dringenbergensem in arcem abripi, in eaque tam diu custodiri & emaciari; donec & ipsi Lutherum ejurassent, & alii ejusdem Domus aut Collegii Sacerdotes, à quibus procuratorio nomine missi fuerant, Papali Cæsareoque edicto sese in posterum parituros esse promisissent. Imò ne tum quidem prædicti duo sacerdotes è Dringenbergensi custodia priùs dimissi sunt; quàm alii complures Domini, maximèque Simon Lippiensis Comes, pro iisdem relaxandis è carcere sæpe deprecati fuerint. Seriem rei gestæ, quæ minùs fideliter evulgata est ab Hamelmanno, delibare juvat è tabulis autographis, westphalico sermone scriptis, & in archivo Cathedralis Ecclesiæ nostræ conservatis; quæ ferè hoc modo sonant.

**N**Os Bartholomeus *Amelen Pater*, Joannes *Neer Procurator*, cum omnibus Presbyteris, Clericis, et Fratribus domus Fratrum intra Herivordiam, profitemur et contestamur hisce literis. Cum Reverendissimus et Illustrissimus Princeps Ericus Episcopus, - - ad instantiam et requisitionem Procuratoris fiscali, nos ut violatores ac transgressores Cæsarei Pontificiique edicti, contra seditiosos Martini Lutheri aliorumque adhabentium ausus jam pridem publicati, judicialiter conveniri, et cum præ-

*Serar. loc. cit. pag. 893. Cochleus in actis Lutheri.*

*Spond. & Surius ad hunc ann. Ericus Episcopus Paderb. edictum Wormatiense Caroli V. rigorosè exequitur. vulgò Fratres Herren. Sacerdotes vitæ communis in Herivordienfi Domo Fratrum propter doctrinas Lutheranas Paderbornam citat. Eorum duos, aliorum nomine illos missos, & immodestius respondentes in carcerem detrudit.*

*Literæ publicæ de tota re conscriptæ. ex archiv. Cath. Eccl. Paderb.*

*fini.*



fnitione termini judicialis ad nos tuendos ac defendendos evocari iufferit: cūque insuper exhiberi nobis fecerit informem et inconsultam appellationem, in qua adhuc videmur à Lutheranorum ausis ac machinationibus desistere non velle, pro ut nostri Confratres, atque ad eam causam constituti Procuratores, Henricus Zelgete et Gerhardus von Xanten Sacerdotes, non solum temerariè et informiter appellarunt; sed etiam Paderborna indecenti modo, verbis et factis, contra veterem Christiana Ecclesia morem insolescere visi et auditi sunt (id quod à nobis neutiquam approbatur, neque nostrâ voluntate contigit) unde etiam predicti duo Sacerdotes hac in re graviter deliquerunt, predictoque Clementissimo Domino nostro iustissimam causam dedere, eosdem ex mandato Papali et Casareo incarcerandi, puniendi, et castigandi: quemadmodum etiam contra nos pari modo procedere voluit, ut Papalibus huiusmodi, nec non et Casareis mandatis morem gereret. Nos igitur Bartholomæus Pater, Joannes Procurator, totiusque Conventus Domus Fratrum antè dicta promittimus ac spondemus, quòd nos omnes ac singuli doctrinam et institutiones Martini Lutheri nequaquam sequi; sed è diverso nos ita gerere, docere, et concionari velimus, ut Christianarum legum, conciliorum, ac statutorum Ordinationes, in Ecclesia Catholica ab antiquis temporibus observata, nobis indicant et commonstrant. Quòd si aliquis nostrum adversus ista quid aliud attentaret, illum vel illos in Conventu nostro ferre non volumus; sed eosdem à nobis segregare, et Episcopali Celsitudinis suæ absque omni mora ac tergiversatione in jus et iudicium tradere etc. etc. - - - Datum anno Domini millesimo, quingentesimo, vicesimo quinto, ipsâ die S. Lamberti Episcopi.

Fridericus Comes de Spiegelberg. Comitatum Pymontanum sibi arrogat, eumque rursus abstrahit à Diocesi Paderbornensi.

Ex literis infra citandis.

His laudatissimè gestis, novum Ecclesiæ nostræ vulnus inflatum est ex iniquissima transactione hoc anno facta de dominio & Comitatu Pymontano, quem triennio ab hinc Diocesi nostræ à Comitibus Lippiacis restitutum ac reunitum fuisse vidimus. Invaserat hunc Fridericus Comes de Spiegelberg, ea solum de causa, quòd Comitatus iste Joanni patri suo in dotem assignatus fuerit, quando matrimonium iniit cum prima uxore sua Comitissa Pymontana, sinè liberis relictis mortua. Stupebant ista Paderbornenses, dicebantque, non videre se, quo jure Fridericus in Comitatum hunc involare queat: hunc enim esse feudum Diocesis nostræ, adeoque nec in dotem assignari posse, multòque minùs ad Fridericum pervenire, utpote qui non sit genitus è matre Pymontana; sed è secunda sui patris conjuge, Comitissa Diepholdiensi. At ille contra negare feudum, publicisque in scriptis dicere, Comitatum Pymontanum esse dominium planè liberum, atque ab omni clientela seu jure beneficiario solum: proinde & infeudationem, Lippiacis Comitibus ter quaterque priùs concessam, nullius fuisse roboris

boris  
Conf  
num t  
quali  
tempo  
amica  
Gebha  
rentib  
stra D  
nus sit  
gio &  
mascu  
filiabu  
pro ut  
tum E  
1525.

C  
dianis  
Comi  
do ab  
gio,  
modo  
tiâ rec  
fœmi  
ceret  
miti L  
multâ  
straqu  
ignora  
modu  
nis liti  
citer  
tander  
Pym  
firpe



boris ac valoris. Debuissent hinc statim Episcopus & Capitulum Consiliarios suos mittere in archivum patriæ, veteres infeudationum tabulas perquirere, & ex iis non modò jus nostrum, sed etiam qualitatem & modum ejus exhibere. At ipsi (quæ erat illorum temporum fœcordia) neglecto archivo nostro confugere statim ad amicabilem transactionem; eamque adhuc incautiùs detulerunt Gebhardo & Alberto Comitibus Mansfeldianis, ultroneè se offerentibus, & rerum nostrarum ignaris. Hi autem gravissimo nostræ Diœcesis damno rem ita composuere, ut Comitatus \*Pyrmontanus sit ac maneat feudum Paderbornense: Friderico tamen Spiegelbergio & ejus fratri conferatur, non solùm pro se suisque hæredibus masculis; verùm etiam, si tales non superessent, pro eorundem filiabus, aliisque ex eorum vel earum sanguine descendentes, *pro ut in Diœcesi Paderbornensi usu et observantiâ receptum est*. Datum Huxariæ, die Veneris post Crispini et Crispiniani, Anno Domini 1525.

Quis non videt, hanc transactionem à Comitibus Mansfeldianis factam, fuisse iniquissimam? si enim agnoscebant arbitri, Comitatum Pyrmontanum esse feudum Paderbornense; quomodo ab iisdem decerni poterat, ut conferretur Friderico Spiegelbergio, qui ex matre Pyrmontana nullatenus descendebat? aut quomodo asserere poterant in Diœcesi Paderbornensi usu & observantiâ receptum esse, ut emortuâ stirpe masculâ succedant in feudis fœminæ & earum descendentes; cum apertè contrarium elucesceret ex peculiari concessione ante octennium facta \*Simoni Comiti Lippiensi, cui id temporis adhuc supererant sorores quatuor, multâ prole masculâ fœcundæ: & tamen Ericus Episcopus, nostræque Ecclesiæ Capitulum Cathedrale, nescio, quâ cœcitate vel ignorantia ducti, compositionem istam admisere. Quæ res postmodum, extinctâ Comitum Spiegelbergicorum familiâ, diuturnis litibus & controversiis materiam præbuit usque ad annum circiter 1668; quo Ferdinandus Fürstenbergicus Episcopus noster tandem ita cum Waldeckianis \*Comitibus pepigit, ut Comitatus Pyrmontanus, qui tunc ad eosdem venerat, deficiente ipsorum stirpe masculâ ad Episcopatum nostrum recideret.

Controversia per arbitros iniquissimè deciditur pro Spiegelbergio. ex literis transactionis.

\*ita litera transact.

\*ita habetur in lit.

transact.

\*Wie dann sulches in dem Stifte van Paderborn herkommen ist

Gebrauch ist.

Ostenditur iniquitas istius sententiæ vel transactionis.

\*vide dicta ad ann. 1517.

\*Imhoff. in Nobil. Proc.

S. R. I. l. 3.

c. 12. n. 5.

& l. 6. c.

19. n. 3.

An-



## Annus Christi 1526.

CLEMENTIS VII. Pontificis 3. &amp; 4.

CAROLI V. Imperatoris 7. &amp; 8.

ERICI Episcopi Paderborn. 18.

Carol<sup>o</sup> Imperator uxorem ducit Isabel- lam Lusitanam.

*Haraus in Ann Brab. Palat. in Ag. Austr. & Franciscum Gallie Regem libertati restituit variis conditionibus: quarum una est, ut Carolo reddat Burgundiam, ei ab avia paterna debitam,*

*Haraus & Pal. loc. cit. Spond. ad hunc ann. Gallus libertati redditus, non modò renuit Burgundiam reddere;*

*Haraus in Ann Brab. Spond. hic. Pal. in Ag. Austr.*

*sed etiam contra Cæsarem cum Pontifice & Venetis percutit novum foedus, ad eundem persequendum.*



Quarto Idus Januarii Carolus V. Imperator in urbe Hispani matrimonium iniit cum Isabella Regis Lusitanie filia: interque prima nuptiarum gaudia etiam conclusæ sunt conditiones pacis ac libertatis pro Francisco Galliarum Rege, hæcenus captivo. Quas inter præcipuæ erant hæ: ut Gallia Rex intra sex hebdomadas, à die liberationis factæ, Carolo Imperatori pro se suisque hæredibus restitueret Ducatum Burgundie, ab avia paterna debitum. Ut omni jure prætenso in utramque Siciliam, Ducatum Mediolanensem, Ditionemque Genuensem et Astensem perpetuò renuntiaret. Ut Eleonoram Caroli sororem viduam, in thalami sociam adscisceret, et cum ea in dotem acciperet ducenta liliorum aureorum millia. Ut Carolo Borbonio, et aliis ad Casarea castra transgressis, redderet omnia, quæ possederant in regno Gallie. Ut Carolo Geldro, si bello et armis à Casare peteretur, nullum auxilium ferret. Ut binos filios, ex priore conjugè natos, daret obsides Imperatori; eidemque per jusjurandum promitteret, se in ejus captivitatè rediturum esse, si fortè postea conditionibus hujusmodi stare, vel non vellet, vel non posset. His aliisque articulis ab utraque parte consignatis, Franciscus Rex die 18. Martii libertati redditus; & ejusdem ambo filii, Franciscus & Henricus, à Carolo Imperatore velut obsides recepti sunt. At ecce! quàm instabilis & fluxa est fides Gallica. Vix enim aliquot hebdomadis Rex in Galliam reversus fuerat, cum repente suam promissionem de Burgundia restituenda revocat. Monitusque idcirco à Carolo Casare frigidissimè respondet: Magnates Regni sui in eam restitutionem consentire nolle: sine horum voluntate sibi fas non esse, membrum aliquod à regno separare: proinde rogare se, ut Burgundia loco duos milliones aureorum à se recipiat. Mirari his auditis Carolus, protinusque respondere: nullis Regni legibus prohiberi posse restitutionem rei alienæ, qualis est Burgundie Ducatus, avia suæ Mariæ Burgundicæ debitus, et huic per vim ereptus: adeoque vel decedendum ex illius possessione; vel, si id non vellet aut non posset, ad captivitatè Hispanicam ex vi juramenti præstiti redeundum esse. Quid autem ad ista Galus? pudor est dicere! Non solum ei nihil, nisi verba dedit; sed etiam (quod longè foedius est) post duos menses, die 17. Maji, cum Venetis ac Pontifice nefandum foedus iniit ad eundem infestandum,



standum, prosequendum, opprimendum, & si Superis placuisset, etiam ejiciendum totâ Italiâ.

Nihil perniciosius evenire poterat orbi Europæo, quàm fœdus illud: præfertim eo tempore, quo & hæresis Lutherana interstinis dissidiis lacerabat Germaniam, & furor Ottomannicus funestissimis cladibus evertibat Hungariam. Id quod ipsèmet Imperator Clementi Pontifici objectavit in epistola, nono Kalendas Julii ad eum data, cum ita scribit: *Videat, quæso, Sanctitas vestra, an hæc Pastoralis congruant officio, an hic sit gladius per vestram Sanctitatem evaginandus, quem Christus ipse in vaginam potius recondendum censuit, Animadvertat, an hæc justitia conveniant, an verò contrà in justè procedatur cum ipso Apostolica Sedis protectore, turbetur universæ Ecclesiæ status, et incendatur ignis adeò noxius, ut tandem Christianorum viribus debilitatis, perfidi hostes\* velut lupi rapaces gregem Christianum abigant, ac demum hæreticorum dogmata magis magisque invalescant?* Et certè Pontifex ex eo damnoso fœdere non modò laudem nullam; sed etiam, puniente Deo, egregiam suâ confusionem & ignominiam retulit. Interea namque, cum fœderati Pontificii militem colligerent; Hugo Moncadius Cæsareanæ classis Præfectus, quasi Regni Neapolitani limites defensurus, cum aliquot Cæsareorum millibus ex improvîso Romam se convertit: ac, priusquam de adventu suo Romanis aliquid suboleret, sub auroram die decimâ nonâ Septembris, collusione Principum Columniorum, in urbem se intromisit. Nulli civium in hoc ingressu vel minimum nocumenti datum, Cæsareus miles viâ rectâ progressus ad Palatium Vaticanum, direptus illic omnis apparatus aulæ, sublata supellex pretiosa, Clemens Pontifex agerrimè captionis periculo substractus, & in castrum S. Angeli dilapsus est. Ubi, cum formidaret, se minimè securum fore; oblatâ rejiciendi fœderis Gallicani spe, quadrimestres cum Hugone Moncadio inducias pepigit, eâ lege ac promissione, ut *adversus Columnios nullam hæc de re vindictam quarere, copiasque suas omnes, in Insubriam transmissas, à fœderatorum suorum partibus revocare velit ac debeat.* Atque utinam, vel tunc saltem didicisset Papa suo damno sapere! Nam paulò post, cum, elapsis hujusmodi induciis, Gallicano fœderi se rursum conjunxisset: à Cæsareis Romæ captus, & in custodiam detrusus est, uti ad annum sequentem referetur.

Meritò autem hæc patiebatur Papa Clemens: quippe qui familiæ suæ commoda Religioni præferebat, suoque damnosissimo cum Gallis fœdere causa fuit, ut non modò bella Cæsarem inter & Gallum continuata sint; verùm etiam, ut Hungaria acerbissimam hoc anno cladem à Turcis tulerit. Nam interea temporis,

*Auctores  
idem &  
alii.*

*Cæsaris  
contra Pontificem  
querelæ ea  
de re.*

*Palat. in  
Aq. Austr.  
Spond. hic  
n. 4.*

*Helvicus  
in theat.  
hist. univ.*

*\*Turca.*

*Cæsareani  
Romam  
occupant,  
& palatium  
Vaticanum  
diripiunt,  
Pontifice  
clam effu-  
gente ad  
castrum  
S. Angeli.  
Auctores  
iidem.*

*Pontifex  
quadrime-  
stres indu-  
cias pacisci-  
tur cum  
Cæsareis:  
postea ta-  
men redit  
iterum ad  
castrum Gal-  
licum.*

*Spond. hic  
n. 7.*

*Pal. in Aq.  
Austr.*

Q

quo



Solimann<sup>o</sup>  
Turcarum  
Imperator  
Hungari-  
am invadit.  
Exercitus  
Hungarorū  
cæditur, &  
Ladislaus  
Rex miserè  
occumbit.  
*Ishuanff. l.*  
*8. Hist.*  
*Hung.*  
*Sambucus*  
*in append.*  
*rer. Hung.*  
*Spond. Pal.*  
*& alii.*

quo Papales copiae contra Cæsareanos in Insubriam processere, Solimannus Turcarum Imperator cum ingenti barbarorum exercitu in Hungariam se infudit: expugnatoque Petri-Waradino, Villaco, & aliis oppidis quam plurimis, tandem vicesimâ nonâ Augusti Ladislaum Regem, viginti annorum juvenem, cum parvo exercitu suo funestissimâ clade prope Mohazium stravit, perdidit & obrivit. Ferunt, ex parte Regis, tam in prælio, quam in fuga, periisse viginti duo millia gregariorum, Nobiles Hungaros præcipui stemmatis quingentos & amplius, Archiepiscopos præterea duos, & Episcopos quinque. Rex ipse, dum amissis omnibus fugâ salutem quæreret, palude haustus interiit, hærede adhuc nullo propter juveniles annos post se relicto. Neque satis hoc furori Mahometico; indè enim prædatoriae Turcarum cohortes per totam Hungariam inferiorem quaquaversum divisæ, & ubique locorum tam barbarum in modum grassatæ sunt, ut propè ducenta Christianorum millia partim occisa, partim in servitutem abducta fuisset, memorentur. Quo peracto, Solimannus exercitum reduci iussit, & seditionis Asiaticæ causâ Constantinopolim reversus est, nullo (quod mireris) præsidio militari in urbibus bello captis relicto.

Principum  
Lutherano-  
rum info-  
lencia in co-  
mitiis Spi-  
rensis.  
*Cochleus*  
*in actis Lu-  
theri.*  
*Spond. Sur.*  
*Pal. & alii*

Debuissent in his angustiis Ladislaio Regi auxilium ferre Ferdinandus Archidux, & alii Germaniæ Principes. At ille militum suorum florem Carolo fratri suo miserat in Italiam contra iniqua Papalium foederatorum ausa: ceteri autem Germaniæ Principes nihil opis afferre poterant ob animorum divisiones & execranda Religionis dissidia. Quæ & hoc anno tam flebilibus aucta sunt incrementis, ut in Spirensibus comitiis, per æstatem habitis, nonnulli Principum ausi fuerint conciones Lutheranas in ædium suarum atrii palam instituere, feriâ sextâ & sabbatho coram omni populo carnes comedere, novos rerum credendarum articulos conventui Principum offerre, eorundem approbationem à comitiis flagitare, ac demum Evangelicæ doctrinæ suæ ostentandæ causâ, militum ac ministrorum suorum vestibibus hæcce literas in dextram manica assuere *V. D. M. I. Æ.* id est: *Verbum Domini manet in æternum.* Præcipui novitatum istarum auctores erant Joannes Elector Saxoniae, & Philippus Landgravius Hassiæ: quorum posterior anno superiore ad Lutheranorum partes accesserat, non attentâ reclamatione pientissimæ genitricis suæ, Annæ Mecklenburgicæ, quæ probè Catholica mansit usque ad extremum vitæ suæ habitum. His duobus novi Evangelii protectoribus etiam Lutherus Georgium Saxoniae Ducem adungere hoc anno studuit. At ille, ut erat in avita fide constantissimus, non modò novum istud Evan-

Luther<sup>o</sup> eti-  
am Georgiū  
Saxoniae  
Ducem ad  
suam sectâ  
allicit: sed  
ab eo repel-  
litur.

gelium



gelium à se rejecit; sed etiam Luthero invitanti præclaram epistolam reddidit, in qua recensitis urbium seditionibus, religiosarum domuum expilationibus, conjugatarum personarum adulteriis, monachorum & monacharum nuptiis, aliisque id genus offendiculis ex novo ejus Evangelio profeminatis, ita subjungit: *Eos egregios fructus attulit Evangelium tuum, quod de suppedaneo\* in apertam lucem protraxisti! Et rectè ais, de suppedaneo: bonumque foret, ut sub eodem adhuc delitesceret! si enim adhuc semel hujusmodi Evangelium è tenebris abditisque scannorum eruas, nullum amplius\* agricolam in pagis nostris retinebimus. etc. - - Datum Dresda die Jovis, festo sanctorum Innocentium, anno Domini 1526.*

Et certè, si novus iste Lutheri partus repentè in primis incunabulis oppressus foret; etiam in Dioecesi nostra adhuc incolume staret nobilissimum illud Helmershusense monasterium Ordinis S. Benedicti, quod hoc vel præcedente anno dissipatum est per Apostasiam vitamque nequissimam Georgii Marnholtii Abbatis ultimi. Postulatus hic erat ante annos pauculos in locum sui decessoris Ludovici ab Hanstein: nec voluerat Ericus Episcopus postulationem ejus confirmare, quòd aliunde jam satis nôisset, in eò nullam religiosæ conversationis micam reperiri. Postremò tamen, cum pro eo constanter intercederent Levinus de Veltheim Præpositus Hildefiensis, Joannes de Marnholt Decanus Halberstadiensis, & alii perillustres viri; eorundem precibus inclinatus, postulationem supradictam admisit eâ lege, ut se suumque monasterium continuo submitteret congregationi ac reformationi Bursfeldiensi, ibidem hæctenus non receptæ. Id quod etiam Huxariæ in scripturis publicis, ea de re confectis, datâ manu stipulatus est: sed eheu! quàm instabili & Gracâ fide? Mittebatur quidem illuc ex monasterio Bursfeldiensi Joannes Winhusius, integerrimæ vitæ Sacerdos; eidemque demandatum erat, ut *Prioris* officio fungeretur, monachosque dissolutos ad severiorem vivendi formam adstringeret. Sed quia Abbas ipsemet religiosam ejusmodi reformationem oderat, bonus *Prior* non modò nihil profecit apud homines infrunitos; verum etiam haud multò post ab iisdem in suo cubiculo per noctem in vasus, comprehensus, ligatus, bacillo in os intruso vociferari prohibitus, extra monasterium tractus, in saltum Solinganum trans Visurgim raptatus, ibique tandem soluto oris repagulo dimissus, atque ad monasterium suum remissus est cum hac monitione & comminatione: *abi jam, ac tollete quantocunq; nec deinceps Helmershusium revertere! alioquin deteriora tibi evenient.* Ità rursum exleges monachi, præeunte Abbate suo, ad priorem vitæ licentiam redièrunt; imò etiam delapsi sunt ad pejora, quàm unquam

*Cochleus in actis Lutheri.*

*Sarius in comment.*

*Auctor libelli de ortu & occasu Evangelii Lutheri.*

*\* germanicè welpes du unter der Banck herfür gezogen.*

*\* alludit hic ad bellum rusticum.*

*Monasterii Helmershusani apostasia cum Abba e & malis monachis.*

*Ex veteri relatione Paderborne.*



\*Relatio  
supradicta  
Paderb.

antea. Nam, ut vetera Diocesis nostrae\* monumenta perhibent, vagabantur ubique foris pro suo libitu, vivebant sine regula, carebant religiosâ disciplinâ, hærebant in ganeis ac tabernis publicis, non legebant *Missas*, non recitabant *Horas*, non psallebant in choro, non intererant officio Divino, cimelia, calices, vasa sacra potitando absument; multaque factitabant alia, non solum homini religioso, verum etiam Christiano turpia. Qua de re cum Abbas iterum severe moneretur ab Erico Episcopo; finxit iterum, se curaturum, ut reformatio Bursfeldiensis nunc tandem serio à suis recipiatur: eumque in finem ex Erfurtenfi monasterio venire iussit Joannem Hunefeldium, virum non minus doctrinâ, quam religione præstantissimum. Sed & hic tentatæ reformationis & correctionis mercedem non meliorem retulit, quam Joannes Winhusius. Nam paulò post à Georgio Abbate, & effreni lurconum suorum turba, gravissimis contumeliis affectus, injuriis oneratus, inediâ pressus, ac demum in ejusmodi miseria detrusus est, ut extra monasterium in ædibus privati civis (ad cujus opem confugerat) ærumnis ac doloribus confectus fuerit. Interea Romæ laboraverat Abbas, ut Conventus Helmershusanus Papali dispensatione\* converteretur in Collegium Canonorum secularium; uti postmodum ex variis contractibus & scripturis compertum est. Cum verò id ei negaretur, vel certè ab aliis impeditum sit, ne fieret; maluit ex recenti Lutheranorum doctrina monasterium deferere, quam ex Bursfeldiensium instituto religiosioris vitæ normam acceptare. Itaque primò nummos omnes, quos è pecuniariis monasterii proventibus corradere potuit, clam avexit\* *Pollas*, ubi cistulam habebat pro celandis hujusmodi furtis. Deinde præta & campos, prædiumque unum post alterum, turpissimè vendidit vel oppignoravit, etiam ignorantibus quandoque monachis, à quibus ideo sigillum Conventus per vim extorserat. Ad extremum denique, ab Erico Episcopo nostro comprehendi metuens, cum uno alterove famulo clanculariâ fugâ se subduxit; cumque in montem vicinum evasisset, converso ad monasterium vultu dixisse fertur: *Vale Helmershusium! ego nunquam amplius te videbo.*

\*ex eadem  
relatione  
ms.

\*Poll, oppi-  
dum ad Vi-  
surgim.

Exemplum hoc illico plenis passibus consecuti sunt reliqui istius Ecclesiæ Monachi, abjectoque religioso habitu ita postmodum se in omnem scelerum sentinam demerere, ut in eos, velut homines infames, etiam judicio publico animadverti necessum fuerit. Horum unus Joannes Usler, multis annis per orbem vagus, tandem ab Erico Episcopo scelerum suorum causâ comprehensus, & ad carceres perpetuos condemnatus est. Alius, nimirum Joannes Simons, propter multiplicia crimina Dringenbergæ in custodiam datus: ac

tametfi



tametsi per interventionem alicujus viri nobilis cautione datâ libertatem receperit, haud multò post in colluvie militum grassatorum (quos appellabant *Knechte*) infelici morte trucidatus fuit. Alius demum, cui nomen Henricus *Földeken*, ob infanda maleficia etiam ab ipsismet Lutheranis carcere constrictus est in Hassia; & adhuc ibidem circa annum 1540. infamibus vinculis inclusus jacuit. Ità fanè præstantissimum illud nostræ Diœcesis monasterium, posteaquam steterat annis quingentis & vigintisex, fine infausto periit; ac tandem post diuturnas gravissimasque lites in Hassorum potestatem venit, uti suo loco recensetur. Interea lubet hîc addere brevem catalogum omnium Abbatum Helmershusensium, qui ab anno Christi millesimo usque ad Marnholtium desertorem præfuere, operoseque à me collecti sunt ex diversis archivorum nostrorum literis.

## CATALOGUS

## Abbatum \*Helmwardeshusensium

ab anno 1000. usque ad annum 1526.

- I. *Haulfus* Abbas præesse cœpit anno Christi millesimo, quo monasterium hoc à Comitibus, Eckihardo & Mathilda fundatum est sub Ottone III. Imperatore & Silvestro II. Pontifice. Memoratur in Historia translationis S. Modoaldi apud Papebroch. to. 3. Ss. Maji, c. 1. n. 6. Vixit adhuc anno 1017, quo S. Henricus Imperator monasterium hoc Paderbornensium Episcoporum curæ & inspectioni tradidit.
- II. *Wino* Abbas, antea monachus Abdinghoffensis Paderbornæ. Hic anno 1032. à B. Meinwercō Episcopo nostro missus est Hierosolymam, ad afferendam indè mensuram ac delineationem Ecclesiæ supra Christi sepulchrum conditæ. Vixit adhuc, & interfuit consecrationi Ecclesiæ Bustorffensis anno 1036, uti constat ex tabulis ad eundem annum productis à Schatenio.
- III. *Tammo*, seu *Tangmarus*. Reperitur apud Schatenium in literis Abdinghoffensibus, ad annum 1058.
- IV. Horum duorum nomina ignorantur. Forsitan sunt *Albericus* & *Berthgerus*, de quibus è Corbejensi manuscripto meminit
- V. *Overhamus* in suis notis ad vitam B. Meinwerci, pag. 337.
- VI. *Thietmarus* I. hunc Abbatem sexto loco præfuisse, discimus ex historia translationis S. Modoaldi apud Papebrochium n. 8. ubi sic legitur: *Tietmarus, hujus cœnobii sextus à Deo electus Abbas.* Reperitur apud Schatenium in literis foundationis Bursfeldiensis ad annum 1093. pag. 637. Idem anno 1107. Helmershusium attulit corpus B. Modoaldi Trevirensis Archiepiscopi, uti in historia illius translationis loco citato legitur.

\*nunc Helmershusensium.

VII.



- VII. *Reiboldus I.* reperitur in literis Helmershufanis de anno 1126.
- \* *aliàs Adelberti.* VIII. *Thietmarus II.* reperitur in literis Athelberti \* Archiepiscopi Moguntini de anno 1139.
- IX. *Conradus I.* Reperitur apud Schatenium in literis Gerdensibus ad annum 1142. & in aliis quàm plurimis usque ad annum circè 1170.
- X. *Conradus II.* Hic in literis suis de anno 1180 clarè meminit sui decessoris *Conradi primi*; simulque nominat se *Conradum hujus nominis 2dum*. In aliis verò, post mortem ipsius datis, appellatur *Conradus hujus cœnobii Abbatum decimus*, sui verò nominis *2dus*. Unde certum est, nos hæctenus in Abbatum catalogo non errâsse.
- XI. *Thietmarus*, vel *Ditbmarus III.* Reperitur in literis Helmershufanis de anno 1205, *indictione octava*; quarum initium est: *Ego Thietmarus, Divinâ clementiâ hujus nominis tertius Helmwardenshusensis Abbas*. Eodem anno postulatus est Abbas in monasterio Corbejenfî; ibidèmq; triennio post, nimirum anno 1208, præmaturâ morte extinctus est, uti ferunt Annales \* Corbejenfes.
- \* *Annal. Corbej. apud Paul. lin. & chron. Huxar. apud eundem.* XII. *Wernerus*. Reperitur in literis Helmershufanis, datis anno 1215, *indict. III. die 24. Junii*.
- XIII. *Henricus Abbas*. Reperitur in literis Helmershufanis de anno 1220, & in Marienfeldensibus de anno 1221.
- XIV. *Conradus III.* De hoc supersunt literæ, quæ sic incipiunt: *In nomina sanctæ et individue Trinitatis, ipsius favente clementiâ Conradus hujus nominis tertius, Helmwardensis Ecclesiæ Abbatum quartus decimus etc.* Sed annus, quo datæ sunt, non additur.
- XV. *Joannes I.* Reperitur in literis de anno 1237. obiit eodem anno.
- XVI. *Conradus IV.* Reperitur primùm in literis de anno 1237: deinde in aliis multis usque ad annum 1249. Annus mortis ignoratur.
- XVII. *Hermannus I.* Memoratur in literis de anno 1256, & in aliis de anno 1267.
- XVIII. *Conradus V.* dictus de Recklinghusen. Reperitur in literis de anno 1270.
- XIX. *Joannes II.* Hic in literis de anno 1273, die 14. Aprilis, nominat se *Joannem, electum Abbatem in Helmershusen*. Reperitur & in aliis permultis literis usque ad annum 1303 inclusivè.
- XX. *Adolphus Abbas*. Reperitur in literis Helmershufanis de anno 1307. & in Gerdensibus de anno 1310. Hic omisso neglecte-



glectoque Episcopo Paderbornensi confirmationem & benedictionem suam petiit à Clemente V. Pontifice, ad quem in Gallias Avenionem profectus est. Sed, cum ab eo post longas pecuniarum ac temporum dilapidationes tandem remitteretur ad Archiepiscopum Coloniensem, velut Apostolicæ Sedis Commissarium; non multò post circa annum 1314 \* ante adeptam confirmationem è vivis abiit, nullo alio tantorum itinerum & impensarum fructu, quàm quòd opulentissimum illud monasterium gravissimis debitis oneraverit.

\* ex literis  
monasterii  
Helmshufani de  
anno 1319.

XXI. *Reimboldus II.* Reperitur in literis monasterii Wilbadeffensis, anno 1316 datis pridie Epiphaniæ. Hic similiter benedictionem suam à Paderbornensi Episcopo suscipere detrectavit. Qua de re cum Episcopus noster conquestus esset apud Pontificem; causæ hujus discussio commissa est Godefrido Episcopo Osnabrugensi, & quibusdam aliis. Hi autem cognitione factâ pronuntiârunt contra Abbatem: atque ideo is tandem anno 1326, VIII. Idus Martii, confirmationem suam ab Episcopo nostro accipere compulsus est, uti constat ex actis, quæ supersunt. Rexit usque ad annum circiter 1330.

XXII. *Engelhardus* Abbas. Reperitur in literis de anno 1332, & in aliis de anno 1337.

XXIII. *Sifridus* de Schartenberg. Reperitur in literis datis anno 1339 in crastino S. Nicolai Confessoris. Resignavit anno sequente, uti fatetur ipsèmet in aliis literis.

XXIV. *Hermannus II.*, dictus de Hardenberg. Reperitur primùm in literis de anno 1348: deinde in plurimis aliis consequentibus, quarum ultimæ datæ sunt anno 1391, sexto Kalendas Decembris.

XXV. *Joannes III.* Reperitur in literis de anno 1394. Non præfuit ultra sexennium.

XXVI. *Theodoricus* de Rebock. Invenitur in literis de anno 1399, datis pridie Conversionis S. Pauli: deinde in plurimis aliis, quarum ultimæ datæ sunt anno 1423, in die S. Martini Episcopi.

XXVII. *Wilhelmus I.* Reperitur in literis de anno 1424, datis in die Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

XXVIII. *Arnoldus* de Malsburg. Hic anno 1435 ex Abbate Helmershufano postulatus est Abbas in Corbeja, ubi postea rexit usque ad annum 1463, quo mortuus est.

XXIX. *Wilhelmus II.* Reperitur in variis literis ab anno 1436 usque ad annum 1454 inclusivè.

XXX. *Hermannus III.*, dictus de Stockhusen. Reperitur in literis ab eo datis anno 1456 in Dominica Judica. Item in aliis anno 1462.

XXXI.



XXXI. *Wilhelmus III*, dictus de Haxthausen. Reperitur in literis ab eo datis anno 1471, die 22. Januarii: & in aliis quàm plurimis, quarum ultimæ datæ sunt anno 1494, die *S. Petri ad vincula*.

XXXII. *Hermannus IV*. Reperitur in literis ab anno 1496 usque ad annum 1499 inclusivè.

XXXIII. *Ludovicus* ab Hanstein. Reperitur in literis ab eo datis anno 1510, ipso die *S. Michaelis*.

XXXIV. *Georgius* de Marnholtz, Abbatum *Helmershufensium* pessimus ac postremus: qui & postea monasterium illud *Philippo Hassiæ Landgravio* vendidisse fertur.

## Annus Christi 1527.

CLEMENTIS VII. Pontificis 4. & 5.

CAROLI V. Imperatoris 8. & 9.

ERICI Episcopi Paderborn. 19.

Clemens  
Papa redit  
ad fœdus  
Gallicum:  
Veneti,  
Galli &  
Pontificii  
invadunt  
Regnum  
Neapolis.  
*Spond. hic.*  
*Hareus in*  
*ann. brabant.*  
*Palat. in*  
*Aq. Aust.*



Interea Cæsarei sub  
Duce Borbonio pro-  
perant Romam, & eâ  
expugnant.  
*Anonym. in comm.*  
*urb. capta.*  
*Spond. ad hunc ann.*  
*Haræ, Pal. Surius Helvicus & alii.*

Clemens Pontifex, tamen si priore Septembri in presentissimo captionis periculo fuerit, sub initium hujus anni rursum Gallicano fœderi se conjunxit. Coibant igitur haud procul ab urbe Roma Galli, Veneti, & Pontificii milites; junctisque belli viribus procedebant contra Neapolim, ut regnum illud ejecto Cæsare victricibus armis occuparent. Nec defuere primum successus boni. Captæ aliquot urbes, oppida & castella, magno Pontificis gaudio; sed iterum paulò post in dolorem & luctum converso. Nam interea, dum fœderati ad Neapolim obsidendam irent, *Georgius Fronsbergius* cum quatuordecim millibus Germanorum advenit in Italiam. Quos cum accepisset *Carolus Borbonius*, Cæsareorum supremus Dux; contractis in unum copiis omnibus, occisoque simul *Joanne Mediceo* nepote Pontificio (qui Cæsaris transitum prohibere connisus fuerat) properatis itineribus contendit Romam. Tum verò consternatus Pontifex quantocyus ad se accersi petiit *Lanoum*, Neapolitani Regni Pro-Regem, ut cum eo octimestres iterum inducias pangeret. Sed frustra jam erat, militem famelicum, & necessariis stipendiis diu destitutum, ab invasione Romanae urbis retrahere. Itaque die sextâ Maji, cum primum dilucesceret, Cæsareani magnis animis in muros urbis incurrerunt: ac tamen binis vicibus repulsi fuerint, assultu tertio urbe totâ potiti sunt; amisso tamen Duce Borbonio, qui in ipsa murorum conscensione globo tactus occubuit. Secuta mox dira cædes, non modò

mili-



militis Pontificii, sed etiam plurimorum civium. Non sexui, non ætati, non religiosis domibus templisque parcitum. Direpti è sacrariis calices, refracta sanctimonialium claustra, spoliata monachorum cellæ: tota urbs tam barbarè ac fœdè habitata, ut à temporibus Gothorum ac Wandalorum ferè nunquam acerbius oppressa fuerit. Ipse Pontifex, tametsi ægerrimè se furori primo subtraxerit, fugeritque in castellum S. Angeli; altero tamen mense, nimirum die sextâ Junii, se & arcem hanc unà cum suis dedere, ac deinde per septem menses in captivitate Cæsaris permanere coactus est. Cæterùm & huic fortunæ Cæsaris etiam haud parùm damni conjunctum fuit. Nam interea, dum Cæsareani in urbe capta è templorum domuumque spoliis dies geniales agerent, non modò multa ipsorum millia luxu & peste consumpta sunt; verùm etiam Gallicanus miles, qui mense Julio cum exercitu novo in Lombardiam transmissus erat, nemine resistente Papiam & Alexandriam urbes recuperavit.

Attamen & ea Cæsaris jactura felicissimè compensata est, quando Ferdinandus ipsius frater, hoc eodem anno, Bohemiæ, Hungariæque thronum conscendit loco Ladislai Regis demortui, cujus unicum sororem Annam conjugali thalamo devinctam habuit. Elegerunt hunc Bohemi præcedente anno, die 24. Octobris; & sub initium præsentis anni, die vicesimâ quartâ Februarii, summo omnium applausu coronârunt Pragæ in templo aulico. Hungari verò, tametsi antea pars eorum Joannem Cepusensem, Transilvaniæ Waiwodam, in sedem regni elevasset; postea tamen, cassatâ hujusmodi electione, nova regni comitia indixerunt Posonii: ibidemque pariter Ferdinandum Archiducem, communibus plurimorum Principum Ordinumque suffragiis, Hungariæ Regem edixere. Et hic deinde in urbe *Albâ Regali* die 5. Novembris coronatus, intrâque paucos annos toto regno potitus est, Joanne Waiwodâ duobus validissimis præliis devicto fugatoque. Ità rursus Franciscus Galliarum Rex inani spe delusus fuit: quippe qui cum eodem Waiwodâ jam electo solenne fœdus percuti, scriptoque publico in urbe Buda promulgari fecerat.

In hac rerum Cæsarearum prosperitate nihil erat visu tristius, quàm acerba labes Catholicæ religionis, quæ per absentiam Caroli Imperatoris quotidie magis ac magis diminuta est in Regno Germaniæ. Nam, ut alia non pauca taceam, Philippus Hassiæ Landgravius è cenobiorum dissipatorum bonis novam hoc anno academiam Lutheranam in urbe Marpurgensi condidit, ad quam è vicinis Westphaliæ locis quàm plurimi adolescentes confluxere, magno animarum & avitæ fidei decremento. Tremonia quoque per

Pontifex ipse capitur dedito castro S. Angeli, nec nisi post septimum libertati reditur.

*aut idem Chytraus l. 12 Saxon. Novus Gallorum exercitus, in Insubriam veniens, Papiam & Alexandriam recuperat.*

*aut idem Ferdinandus Austriacus, ante annum electus Bohemiarum Rex, etiam hoc anno eligitur Rex Hungariæ, contra Joannem Cepusensem. Isthwanff. l. 9 Hist. Hung. & alii.*

Philippus Hassiæ Landgravius è bonis monasteriorum dissipatorum condit academiam Marpurgensem.

R

multi



*Dilichi<sup>9</sup> in  
ehron-hafs.  
Chytraus l.  
12. Saxon*  
Cives Tre-  
monienfes  
petunt Lu-  
theranum  
Conciona-  
torem; fed à  
Magiftratu  
urbico bo-  
nis verbis  
abfterren-  
tur.

*ehron. Tre-  
mon. mf.*  
Lipftadium  
pervertitur  
à duobus  
monachis  
Auguftinia-  
nis: qui  
priori qui-  
dem anno  
Lutherum  
ejuraverant  
fed paulò  
pòft ad eò-  
dem erro-  
res reverfi  
sunt.

*\*Hamelm.  
in hift. E-  
vang. re-  
nati in ur-  
be Lippi-  
enfi.*

*\*Ulenberg.  
l. de gravi-  
bus jufisq;  
caufis per-  
manendi  
in Eccl. Ca-  
thol. c. 7.*

multi cives cum ingenti fremitu postulârunt à Magistratu urbico, ut Lutherani Evangelii præcones in Ecclesiarum suarum cathedras admitterentur. Sed horum postulata Magistratus catholicus prudenti alloquio faciliùs rejecit, inquiens: *Tremoniam esse urbem Imperialem, ideòque vel maxime Imperatori subditam. Constare omnibus, quàm severè Imperator Lutherana dogmata prohibuerit per edictum Wormatiense. Id si modò violaverint, metuendum esse, ne offenso irritatòque Casare non solum exciderent Comitatu Tremonienfi, quem beneficiario nomine impetrâssent; verùm etiam aliarum gratiarum ac privilegiorum suorum jacturam facerent.* Multò nequius res agi visa est Lipstadii à duobus Augustiniani cœnobii monachis, Joanne Westermanno, & Hermanno Kothenio, qui Wittenbergâ, ex Lutheri schola & magisterio reduces, doctrinam ibidem Lutheranam sparserant, Mense Martio prioris anni Hermannus Colonienfis Archiepiscopus ad eosdem corrigendos & puniendos miserat Joannem Rombergium, Ss. Theologiæ Doctorem & Commissarium Archiepiscopalem. Is cum advenisset Lipstadium, ambòsque illos monachos ad examen evocâssent; continuò ad mendacia & fraudes conversi, negârunt se Lutheranis doctrinis adhærescere, simulque palàm edixerunt, se Catholico ritu semper victuros, &, si quid hæreticum imprudenter à se dictum fuerit, in posterum correcturos esse. At eheu! quàm primùm Rombergius Coloniam Agrippinam rediit; etiam nequissimi illi monachi in antiquam silvam reversi sunt: brevique tempore totam urbem Lippiensem ad infausa Lutheri dogmata traduxère, evulgato simul catechismo westphalico, qui eodem veneno etiam vicinos Paderæ fontes inficeret. Mirandum hîc interim, quàm fallaciter mendaciterque de duobus hîsce monachis pro more suo scripserit \* Hamelmannus, quòd auditâ suorum dogmatum condemnatione obtulerint se ad disputandum de iis in urbe Lippia; id autem à Rombergio detrectatum fuerit. Contrarium certè scribit integerrimus vir \* Casparus Ulenbergius, in urbe Lippiensi genitus, & rerum in sua patria gestarum ante omnes gnarus. Cum inquit, *monachi, qui Lutheranismi fundamenta posuerant, ad reddendam facti sui rationem citarentur, conquesti sunt, se per calumniam delatos ad inquistorem, et mendaciis oneratos esse. Itaque factâ protestatione, obedientes se Romanae Ecclesiae filios appellârunt, et Commissario stipulatâ manu polliciti sunt, nullum se deinceps è damnatis Lutheri erroribus docere velle.* Estne hoc ad disputandum provocare; an verò potius nequiter se submittere?

Præter istas Lutheri novitates proruperunt hoc anno quædam aliæ sectæ ab Oecolampadio, Zwinglio, Carlstadio, & aliis Lutheri discipulis fabricatæ; è quibus tamen ferè nulla pejor, quàm

Ana-

Anab-  
lem,  
obligat  
ros om  
se roga  
bus n  
illud  
mo fu  
ex ea  
decen  
ennæ  
bus c  
capita  
nitus  
chus  
igniti  
in via  
& in  
tissim  
annos  
videb  
Adeò  
imme  
Germ  
Nulla  
bolo,  
citius.

I  
stitut  
Duci  
etas  
Episc  
curia  
mod  
iri,  
tivity  
averf  
vit;  
burg  
fima  
Cano  
Impe



Anabaptistarum fuit. Docebant hi *Baptismum puerorum esse inuti-*  
*lem, oportere inter Christianos esse omnia communia, omnem feminam*  
*obligari ad serviendum voluntati cuiuslibet concupiscentis, et vicissim vi-*  
*ros omnes obstrictos fore ad admittendam libidinem cuiuscunque feminae,*  
*se rogantis.* Quæ & alia id genus plurima cum ab honestis auri-  
 bus nec audiri nec ferri possent; plerique viri Principes nefarium  
 illud genus hominum, velut execrabilem inferni partum, acerri-  
 mo supplicio persecuti sunt. Rotenburgi ad Neccarum fluvium  
 ex ea hominum colluvie viri novem in ignes missi, feminæque  
 decem in fluvio suffocatae sunt. Alii quoque Salisburgi, alii Vi-  
 ennae, alii Isenaci & Augustæ, alii WORMATIÆ & in aliis urbi-  
 bus comprehensi, & cum ab erroribus suis resipiscere nollent,  
 capitalibus poenis affecti sunt. At nemo ex iis diriori morte pu-  
 nitus, quam eorum Doctor præcipuus, Michaël Sellarius mona-  
 chus apostata: cui primùm excisa est lingua impia, deinde corpus  
 ignitis forcipibus laceratum; semel in foro publico, & quinquies  
 in via ad locum ultimi supplicii; postremò etiam in ignes dejectum,  
 & in cineres redactum est Rotenburgi. Neque tamen pestilen-  
 tissima secta illa tot mortibus extingui potuit; sed intra paucos  
 annos in provinciis Belgicis longè validiùs reviviscere coepit, uti  
 videbimus infra, cum ad Joannem Leidensem pervenerimus. Adeò  
 verum est, quòd hoc anno \*Lutherus, novitatum suarum  
 immemor, contra Zwinglium & Oecolampadium scripsit: *Nos*  
*Germani, quidquid novum est, arripimus, eique adhaeremus velut fatui.*  
*Nulla doctrina, nullumque somnium tam ineptum excogitari potest à Dia-*  
*bolo, quod discipulos suos non inveniat: quantoque ineptius est, tanto*  
*citius.*

Lugebat interea Dicecesis Hildesina, quòd sibi nondum re-  
 stitutæ essent Satrapia & præfecturæ plurimæ, quas anno 1521 à  
 Ducibus Brunsvicensibus occupatas, & huic Episcopatu subtra-  
 ctas esse diximus. Conquestus quidem fuerat ea de re Joannes  
 Episcopus; ejusdemque rogatu causæ hujus examen à Romana  
 curia commissum erat Petro Cardinali Anconitano. At ubi post-  
 modum hoc anno vidit, opinione suâ tardiùs hac in re processum  
 iri, tum ob mortem Cardinalis antè dicti, tum ob inopinam cap-  
 tivitatem ipsius summi Pontificis: tandem vel tædio victus, vel  
 aversione & odio subditorum fractus, Episcopatu suo renuntia-  
 vit; & quod reliquum vitæ erat, apud fratrem suum Lawen-  
 burgi Ducem contrivit, Lubecæ\* defunctus anno 1547 die trice-  
 simâ Novembris, & sepultus Racenburgi. Ejus loco postulârunt  
 Canonici majoris Ecclesiæ Balthasarem Merckelium, Caroli V.  
 Imperatoris Pro-Cancellarium, virum eruditione magis, quam

Novæ ha-  
 reses hoc  
 anno ortæ,  
 ac præfer-  
 tim doctri-  
 na Anabap-  
 tistarum.  
 Cochleus  
 in actis Lu-  
 theri.  
 Svirius in  
 comment.  
 ad hunc  
 annum.  
 Spond. ad  
 hunc ann.  
 n. 18 & seq.  
 Anabap-  
 tistarum per-  
 secutiones  
 & supplicia  
 Auctores  
 iidem.

\*Luther. in  
 l. contra  
 Zwingl.  
 Cochleus  
 in actis Lu-  
 theri.  
 Joannes  
 Episcopus  
 Hildesien-  
 sis abdicat  
 Episcopatu  
 & vitam  
 postea pri-  
 vatam agit  
 apud fratrem  
 Lawen-  
 burgi Ducem.  
 Chyrr. l. 12  
 Saxon.  
 Brusch. in  
 catal. Episc.  
 Hild.  
 Reutel. in  
 chron. Hild.  
 \*Catalogus  
 Episc. Hild.  
 Chyrraus,  
 Reusner,  
 & alii.



Succesit  
Balthasar  
Merckel<sup>9</sup>,  
quadrien-  
nio post  
mortuus.  
Chytrius  
Bruschius  
Rentelius  
loc. cit.

Knippers  
dollingius  
Monasterii  
turbas agit,  
& illud  
Episcopo.  
Kerfsen-  
broch in  
Hist. Ana-  
bapt. Mon.  
ad hunc  
annum.  
\*westpha-  
licè spulle-  
ken-dre-  
her.  
Compre-  
henditur ab  
Episcopo;  
sed brevi  
post à car-  
cere libera-  
tur precib<sup>9</sup>  
Capituli  
majoris.  
Kerfsen-  
broch. loc.  
cit.

Propyleū  
Cathedra-  
lis Ecclesie  
Monaster.

natalium splendore clarum : cujus potenti patrocinio sperabant apud Cæsarem effectum iri, ut ablatae quondam satrapiae Hildesienſi Episcopatu redderentur. Neque spes illa forſan cecidiſſet irrita, niſi tam inſignis præpotensque vir quadriennio poſt immaturâ morte è vivis exiſſet, uti referetur infra ad annum 1531.

In Dioceſi Monasterienſi per æſtatem hujus anni auditus eſt in aëre magnus fragor ac ſonitus, quaſi martialium tormentorum, ac militum adverſâ acie concurrentium. Veriſimile eſt, eo ſigno prænuntiatos eſſe horribiles iſtos bombardarum ac militum concurrentium fremitus; qui non longè poſt, in urbis Monasterienſis obſidione, conſecuti ſunt ſub Joanne Leidenſi, Monasterienſium Anabaptiſtarum Rege. Certè huic tragœdiæ jam hoc anno præludere viſus eſt Bernardus Knipperdollingius, homo Lutheranus, inquietus, & urbis totius exitio natus. Præterquam enim quòd varias in plebe turbas concitaret, etiam ipſimet Episcopo Frederico procaciſſimè illudebat; eundemque ob artem tornariam, quâ temporis fallendi cauſâ nonnunquam uſus fuerat, non alio fere nomine compellabat publicè, quàm \*tornatorem fuſi muliebris. Imò ſubinde colum cum girgillo parvo & aliis instrumentis muliebris deferebat palàm in ſuo pileo; atque ità per urbem hiſtrionico geſtu incedebat, ut & populo ridenti ludum, & ſibi de irriſo Episcopo plauſum faceret. Non poterant hæc diu latere Præſulem, abſentem urbe. Quare cùm nugator ipſe haud multò poſt negotiandi cauſâ proficiſceretur Bremam; eundem in itinere prope Vechtam attineri, & Horſtmariam in carceres promeritos deduci juſſit. Mirum, quibus motibus agitata fuerit Monasterienſis plebs, ut primùm captivitas hæc urbi innotuit! Fremere illa per plateas, coire in cuneos, adire Magiſtratum, implorare Cathedralis Eccleſiæ Canonicos, minis etiam ac terroribus cogere, ut Knipperdollingii liberationem ab Antiftite poſcerent, ergaque multam pecuniariam perurgerent. Ægerrimè permiſit id Episcopus, ideoque reſcripſit Capitulo: *Mirari ſe, quòd iſta rogent pro tali homine, qui Clero ſemper et Magiſtratu obſtreperus fuit. Nihil cum in urbe niſi turbas agere, nec ambigi poſſe, quin aliquando totius urbis ac patriæ everſor fiat. Se quidem importunis ipſorum poſtulatibus nunc annuere; vereri tamen, ne eos poſtmodum ſui facti pœniteat.* Nec vana præmonitio fuit. Solutus enim carcere, propediem ad ſeditioſum ingenium rediit; neque priùs à turbis deſtitit, donec è Lutherano Anabaptiſta factus, ac tandem urbe captâ ex turri Lambertina ſuſpenſus fuerit.

Eodem anno, die ſeptimâ Septembris, Monasterii propylæum Baſilicæ Cathedralis (quod vulgò *Paradiſum* vocant) funeſtis ignibus correptum & exuſtum eſt ex incuria operariorum, qui

pluna-



plumbeas tecti laminas reparabant, & ignes huic operi solidando necessarios incautiùs custodièrant. Hoc incendio simul interiit admirandæ vetustatis Bibliotheca, super eodem propylæo structa: in qua præter antiquos codices, ex arborum corticibus confarcinatos, multa virorum doctissimorum autographa unà cum veterum Imperatorum & Regum diplomatis conservata erant. Magna certè jactura, tantòque magis deploranda, quòd hujusmodi thesaurus librarius plerumque nullo pecuniarum impendio restitui ac restaurari queat.

De rebus Dioecesis nostræ singulare nihil hoc anno reperitur. Id solùm ex chartis antiquis novimus, Ericum Episcopum nostrum potissimâ hujus anni parte in Dioecesi nostra constitisse; interque alia laborâsse gnaviter in componenda controversia, quæ inter Capitulum Cathedrale & pagi Ettelensis incolas exorta erat propter silvam, dictam *die Euteler Marek*. Superfunt adhuc illius transactionis & conventionis tabulæ, ab Erico Antistite in Abdinghofensi apud nos monasterio consignatæ, quarum finis est hic: *In testimonium rei gesta\* nos duo hujus transactionis exemplaria confici, et utrique parti unum similis tenoris, cum appenso nostro Erici Episcopi sigillo tradi jussimus. Datum Paderborna in Abdinghove, die Foris post Galli, anno milleesimo quingentesimo viceesimo septimo.*

cum Bibliotheca nobilissima conflagrat. *Kerssenbr. loc. cit.*

Ericus Ep. Pad. componit litem Capituli majoris, & Ettelensiu subditoru, de Marca vel saltu Ettelensi. *\*Urkund dessen hebbet wir Düser Aiffcheide troyen vers fertiget etc.*

## Annus Christi 1528.

CLEMENTIS VII. Pontificis 5. & 6.  
CAROLI V. Imperatoris. 9. & 10.  
ERICI Episc. Paderb. & Osnabr. 20.

Lautrecius Gallorum Dux, in regnum Neapolitanum progreditur, & Neapolim obsidet.

**E**xercitus Gallicanus, qui per aestatem superioris anni sub Lautrecio Duce in Insulam venerat, mense Februario præsentis anni processit in Regnum Neapolitanum: atque ideo Cæsareanus miles ab urbe Roma, ubi multis millibus peste & luxu imminutus erat, continuo se retraxit Cajetam, Neapolim, & in alia valentiora ejus Regni loca. Primus Gallorum advenientium terror multas urbes, & oppida non satis firma, Regi Francisco subdidit. Neapolis ipsa, cui Lautrecius exeunte Aprili totius exercitus robur admovit, in extremo deditionis periculo versabatur: quia Cæsar non habebat in campo militem, qui succurreret; & Philippus D'Oria Genuensium Archithalassus haud procul à sinu Salernitano Cæsaream classem navali prælio superârat, interempto Hugone Moncadio classis Præfecto, multisque belli Ducibus in pugna captis. At unde gravissimum

Palat. in Aq. Aust. Spand. ad hanc annu. Hæreus in ann Brab. Classis Cæsarea cæditur à Philippo D'Oria, Genuensiu Archithalasso. *auct. iidem*



Philippus  
D'Oria  
transit ad  
partes Cæ-  
sareas; im-  
petratq; ut  
Genua sit  
in posterū  
libera res-  
publica.

*Auctores  
videm &  
alii.*

Exercitus  
Gallicanus  
ante Nea-  
polim peste  
consumitur  
totūque  
regnum re-  
pentē ad  
Cæsarem  
redit.

*Havaus in  
ann. brabant.*

*Palat. in  
Aq. Aust.*

*Surius in  
comment.*

*rer. gest.*

*Chytraus l.  
12. Saxon.*

*Spond. &  
alii.*

Henricus  
Episcopus  
Ultraject. à  
Carolo Gel-  
dro diu  
pressus, totā  
provinciā

Ultraje-  
ctensem

Cæsari  
transcribit  
reservatā si-  
bi suisque

successori-  
bus Episco-  
pali susten-  
tatione.

*Havaus in  
ann. brabant.*

*Chytraus  
in Saxon.*

finium periculum imminere Cæsari; indè mox inopina rerum Cæsarearum salus exorta est. Cum enim haud multò post, Regem inter & D'Oriam, improvisæ dissensiones nascerentur propter captivos Duces, quos Gallia Rex imperiosius minaciùsque pro se poposcerat: Philippus D'Oria cum Andrea patruo suo repente se convertit ad partes Caroli Imperatoris, belliduces in prælio navali captos in urbem Cajetam à Cæsareis inessam retulit, indeque reversus Genuam, non modò Gallos omnes ejecit urbe, sed etiam universo Genuensi populo inter innumeras gratulationes denunciavit, urbem statimque Genuensem privilegio moderni Cæsaris elevatum esse in ordinem dignitatēque Reipublicæ liberæ, qualis ab eo tempore etiamnum perseverat. Tum verò fortuna Cæsaris iterum erigebat se, videbaturque simul cælum ipsum pugnare pro ejus causa. Nam digressio D'Oria, tam acerba pestis ingressa est in castra Gallica, ut exercitus ferè totus brevi tempore consumptus fuerit. E primariis Gallorum Ducibus conciderunt Lautrecius, Vaudemontius, Trivultius, aliisque plurimi. Ex cætera verò militum gregariorum turba superfuere vix ultra centum equites ac mille pedites, qui bonā valetudine uterentur. Et hi quidem, dum è castris per noctem fugere, & Averfam se recipere nitebantur, à Cæsareis vel in fuga strati, vel paulò post in Averfanæ urbis deditione unà cum Duce suo Marchione Salutio in captivitatem recepti sunt. Mox etiam Capua, Nola, Puteoli, & alia à Gallis antea occupatæ urbes, in Cæsaris potestatem rediere: meritoque dubites, an in hostium adventu citiùs amissæ, quàm in eorum abitu recuperatæ fuerint?

Non minori fortunâ Cæsar usus est in Belgio contra Carolum Geldrum, Ultrajectinæ Dioecesis in vasorem. Hic, ut erat homo inquietissimi capitis, Dioecesi Ultrajectinæ sub tribus ultimis Episcopis admodum infestus ac gravis fuerat. Nam sub Friderico Badensi eripuerat ipsi Oldensaliam: reliquosque Transisalanorum agros, populationibus, incendiis, ac deprædationibus, acerbè devastaverat. Sub Philippo Burgundo successore ejus abstulerat Swollam, Covordiam, Diepenheimiam, pluraque alia Transisalanicæ castella, cum insigni regionis illius detrimento & ruina. Demum sub Henrico Bavaro Antistite per æstatem prioris anni seditionum complurium factione infuderat se in ipsam urbem Ultrajectinam; eaque obtentâ in Transisalaniam irruens, totius provincie Ultrajectensis Dominum se proclamari & inaugurari fecerat. Non poterat Episcopus cum inimico tam potente bellum gerere; multoque minùs belli gerendi molem, exhausto jam ærario, sustinere. Itaque rebus desperatis consilio statuum Transisalanorum



norum recepit se ad Margaretham Gubernatricem Belgii; & in  
 ejus persona, Carolo V. Imperatori ditiones omnes Ultrajectinas  
 perpetuè tenendas ac possidendas obtulit, dummodo Pontifex id  
 ratum haberet, & Episcopis ejusdem loci præter jurisdictionem  
 spiritualement relinqueretur honestissima sustentatio, eorundem dig-  
 nitati consentanea. Quo peracto statim Transifalani, mense Ja-  
 nuario præsentis anni, Carolo Imperatori suam fidem addixere.  
 Pro cetera verò Diocesis parte subigenda quantocyus expeditæ  
 sunt validissimæ Belgarum copiarum. Et hæc, posteaquam Geldro  
 multas urbes & oppida surripuerant, tandem etiam Kalendis Ju-  
 lii urbem Ultrajectinam prodicione quorundam civium interce-  
 perunt, captis, & condigno postmodum supplicio punitis iis,  
 qui præteritarum seditionum auctores fuerant. Post hæc inita,  
 & hisce legibus definita pax cum Geldro: *Carolus Gelder abjiciat  
 fœdus cum Gallo. Amittas Geldria urbes à Cæsareis recipiat. Zut-  
 phaniam Geldriamque à Cæsare, ut Brabantia Duce, clientelari benefi-  
 cio teneat pro se solisque hæredibus masculis, legitimo thoro natis: his  
 autem non existentibus relinquat eam Cæsari, ejusque hæredibus utriusque  
 sexus etc.* Acta sunt hæc, ut Haræus refert, in oppido Gorco-  
 mienfi, tertio nonas Octobris. Nec multò post, nimirum die vi-  
 cesimâ ejusdem Octobris, Henricus Episcopus in urbe Ultrajecti-  
 na omne dominium temporale istius Diocesis in Carolum Impe-  
 ratorem transtulit per solennem scripturam: quæ deinde Romam  
 Clementi Pontifici missa, atque ab eodem approbata & confir-  
 mata est anno 1529, *decimo tertio Kalendas Septembris.* Ità demum  
 nobilissima illa civitas & provincia seditionibus bellisque intestinis  
 extra suorum Antistitum potestatem abiit.

Aliud hoc anno bellum, in ipsis Germaniæ visceribus, non  
 minori cum periculo suscitatum est ab Ottone Packio, Georgii  
 Saxonie Ducis integerrimi Consiliario. Nactus ille sigillum sui  
 Ducis, mendacissimè conscripserat arcanum fœdus, quo Ferdi-  
 nandus Archidux, Joachimus Elector Brandenburgensis, & Geor-  
 gius antè dictus, cum Alberto Moguntino, Matthæo Salisbur-  
 genfi, Wigando Bambergensi, Conrado Herbipolensi, ac duo-  
 bus fratribus Wilhelmo & Ludovico Bavariæ Ducibus, fingeban-  
 tur conspirasse ad opprimendos Lutheranos Principes, Joannem  
 Saxonem & Philippum Hassiæ Landgravium. Hujus deinde fœ-  
 deris conficti tabulas occultè miserat Landgravio, & hic Joanni  
 Saxoni. Uterque fidem adhibet fallaci Packio, simulque magnum  
 exercitum inopinè colligit contra hostes imaginarios. Mirari  
 mox alii Principes, quorsum iste apparatus hosticus, Propè que  
 aberat, ut mendacium illud excrevisset in grande bellum, nisi  
 Land-

Suffrid. Pe-  
 tri in ap-  
 pend. ad Bes-  
 kâ in chron.  
 Ultraject.  
 Transifa-  
 lani Cæsari  
 se libenter  
 submitunt  
 Haræus loc.  
 cit.  
 Ultrajecti  
 à Cæsareis  
 capitur.  
 Auctores  
 supra cit.  
 Carolus  
 Gelderpa-  
 cem in it cū  
 Cæsare, &  
 Geldriam  
 ei clientela-  
 rem facit.  
 Haræus in  
 Ann. Brab.  
 Hortens. 7.  
 rer. Ultraj.  
 Suffridus  
 Petri in ap-  
 pend. ad  
 Bekam.  
 Otto Pack,  
 Georgii Sax-  
 onie Ducis  
 Consilia-  
 rius, con-  
 fingit fœd.  
 Catholico-  
 rum contra  
 Joannem  
 Saxonem  
 & Philippū  
 Landgra-  
 vium.  
 Cochleus in  
 at. Luth.  
 Spangenh.  
 in Chron.  
 Mansf.  
 Palat. in  
 Aq. Austr.  
 Surius in  
 comment.  
 Saxo &  
 Landgravi  
 conscri-  
 bunt ingens  
 tem exerci-  
 tum contra  
 Catholicos.  
 anst. isdem.



Packius  
falsimonii  
convincitur,  
ejicitur,  
ac tandem  
diu vagus,  
Antwerpia  
promerita  
mortem  
castigatur  
anno 1536.  
Surius, Co-  
chleus, Pal-  
& alii.

Landgravius apographum istius foederis misisset Georgio focero suo, eumque praemonuisset, ut ab hujusmodi conventionem facta pedem retraheret. Tum vero Georgius mysterium falsitatis agnoscere, statimque rescribere Landgravio: *Foedus illud esse purum putumque mendacium: ideoque tenebrionem istum, qui id ei pro vero obtulerit aut fabricarit, habendum esse pro mortalium omnium, quos terra ferat, perditissimo. Scripturum se pariter aliis Principibus, in eodem commentitio foedere nominatis; certumque sibi esse, ab iis et suam et ipsorum innocentiam apertissime demonstratum iri.* Quod cum ab iis integerrime fuisset praestitum; amica tandem compositione facta, ab armis discessum est. Packius autem, quem interea Landgravius in captivitate egerat, feria 2da post S. Margarethae Virginis coram Principum accusatorum Legatis e carcere protractus, & in eorum confesso non solum hac in re, sed etiam in aliis quam plurimis ita convictus est de falsimonio & scripturis adulterinis, ut ab omnibus unanimi voce conclamatum fuerit, esse hominem sceleratum, perfidum, reumque falsi ac laesae Majestatis. Neque deseruit eum poena, tam enormi flagitio digna. Licet enim Landgravius recusarit, scelestum illud caput Principibus ab eo laesis puniendum tradere; neque aliam ei poenam irrogaverit, quam solius proscriptionis & ejectionis e terra Hassica: octennio tamen post, nimirum anno 1536, propter consimilia scelera Antwerpiae captus, mensaque Februario sequentis anni abscisso capite in quatuor partes dissectus est.

Lutheri  
mendacia  
de isto foedere  
deteruntur.  
Cochleus  
in actis Lutheri.  
Surius in  
comment.  
& alii.  
\*exstat apud Chytraum in  
libro specialis post  
hist. saxon.

Quis non sperasset, Lutherum, si fuisset homo bonus, gaurum esse de restincto istius belli gliscentis incendio? Et ille tamen impudentissimam fronte adhuc perrexit, non modo Packium excusare; sed etiam ante dictos Principes mendacissimi istius foederis reos agere. *Foedus* (ait in epistola \* ad Wenceslaum Lincum, apostatam Augustinianum) *foedus*, inquam, *illud Principum impiorum, quod ipsi negant, vides, quantos motus concitaverit. Sed ego Ducis Georgii frigidissimam excusationem fere pro confessione interpretor. Negant, excusant, fingant: ego sciens scio, foedus istud non esse merum nihil aut chimeram etc.* Calumniam hanc non poterat nec debebat ferre Georgius Dux. Et ideo, quam primum aliquod harum literarum exemplar nactus est, misso Norimbergam Secretario suo enixe petiit a Senatoribus, ut Wenceslaum interrogent, an epistola illa verè scripta sit à Lutero, nec ne? cum autem & Wenceslaus id affirmasset, & Secretarius Ducis ibidem inspexisset originales vel autographas Lutheri literas: continuo scripsit patrueli suo Joanni septemviro, ut vel istam Lutheri impudentiam severe puniat, vel saltem urgeat, ab eo veridice comprobari, unde

unde



*noverit fœdus istud non esse merum nihil, aut chimeram? sed neutrum ab eo impetrare potuit: fortè, ne Megalander iste, quem ipsi vèlut novum Evangelistam suspiciebant, in propudioso mendaciorum sacculo constrictus esse videretur. Nempe *Lupus Lupum non mordet.**

Inter hæc etiam Paderborna Lutheranis erroribus imbui, & quod indè sequi solebat, gravissimâ seditione contra majoris Ecclesiæ Clerum commoveri cœpit. Intulerat huc novi Evangelii buccinam Joannes Fridericus Saxonæ Dux, Joanne septemviro Ducèque genitus: qui, cùm anno superiore, nuptiarum causâ, ad aulam Clivensem pergeret; Paderbornam transiens, Lutheranum præconem suum aliquoties è fenestra domûs ad plebem dicere, deque nova doctrina Saxonum perorare jusserat. Ad has deinde conciones accessere primùm catechismi novi, Lipstadio missi; tum etiam alii monachorum apostatarum libri, è vicinis Hassorum urbibus importati. Qui, cùm avidiùs legerentur ab indocta plebe, genuerunt in animis plurium non modò falsas opiniones in rebus fidei; sed etiam ferale illud Clericorum odium, quod hoc anno tandem, *quarto Idus Julii*, in apertas funestasque flammæ erupisse legimus, agebatur eâ die in platea \*à carbonibus appellata solenne convivium; ad quod præter civium gregariorum filios etiam non pauci Canoniorum Cathedralium famuli invitati erant. Post epulas potumque liberaliorem, consurrectum est ad saltus & choreas: in quibus dum sibi primas arrogassent aliqui è famulatio Reverendissimi Domini Joannis de Imbsen, Cathedralis Ecclesiæ Canonici Senioris; continuò à nonnullis civibus & civium filiis triste murmur obortum est. Ab eo murmure \*processum ad rixas & jurgia, à jurgiis ad offensiones, ab offensionibus ad contumelias & vituperia Cleri, ab his denique ad campanæ pulsum ac tumultus publicos adversùs Clerum. Tum verò commota plebs tandem signo dato audentiùs ostentare animos, quos è libris Lutheranis hauserat. Mox enim furiarum instar ad campum Dominicum advolare, in Ecclesiam Cathedralè ruere, chori superioris ostia confringere, stalla, vel sedes Clericorum occupare, libros psalmodicos disjicere, & in opprobrium cantûs Ecclesiastici alternatim canere vulgare \*illud Lutheranorum convivium: *Hastu ein Brodt / so hebbe ick twey Brodt; dan hebbe ick noch eine mehr als du oick.* Post etiam Cathedralium Canoniorum domos incessere, quævis obvia dissipare, personis eorum illudere, insultare, minitari, ac demum in eas angustias & necessitates adigere, ut universum Capitulum, unâ cum Decano suo & potissima aliorum Clericorum parte, urbem deserere, & primo furori

S

cedere

Seditio civium Paderbornensium contra Clerum. Ex veteribus ms. Paderborn. Item ex transactione Erici Episcopi cum urbe.

\*ex veteri ms. Paderborn. \*vulgò dicitur Kollgrube.

\*ex literis transactionis in Archiv. Cath. Eccles.

\*Hamelm. in hist. Ev. renati Paderbornæ.



cedere coactum fuerit. Dies ac mensis anni, quo hæc prima Lutheranorum seditio contigit, à Coævo majoris Ecclesiæ Clerico

*\*ex veteribus biblicis ante Lutherum editis.*

Ericus Episcopus, Paderbornam bello aggressurus, mitigatur à statibus patriæ.

*Ex veteribus ms.*

Transactio cum urbe, & civium seditionum pœna.

*Ex recessu vel scripturæ transactionis, in arch. Cath. Eccl. Pad.*

*\*westphalicè thowetten / nachdem sich zc.*

*\*brevissimè annotatus est pauculis hæc verbis: Anno 1528, die 12. Julii, magnus tumultus civium hujus civitatis excitatus est propter anteductionem choreæ, à famulis Domini Joannis de Imbsen attentatam. Unde templum prophanatum à civibus etc.*

Acerrimè res ista pupugit Ericum Episcopum: nec procul aberat, quin extrema omnia fuisset paraturus urbi, nisi reliqui status patriæ sanguinariis ejusdem consiliis intervenissent. Metuebant hi, ne urbs rea, si acerbius plecteretur, vicinum Hassiæ Landgravium in suas partes advocaret: atque ideo sollicitabant, ut ea dissensio componeretur à Philippo Erici Antistitis fratre, aliisque Ordinis Equestris & urbium delegatis. Admisit consilium illud clementissimus Princeps; eumque in finem delecti sunt ex parte Ordinis equestris, Joannes Dynasta ac Dominus de Büren, Jodocus & Rabanus de Westphalen, Wernerus de Spiegel, Franciscus ab Hörde: ex parte verò primariarum Dioecesis urbium, deputati Warburgenses, Brakelenses, & Borgentricenses, quorum nomina in literis ea de re confectis non exprimuntur. Hi, cum in arce Neuhufana convenissent Idibus Augusti; intra spatium unius tridui ream urbem cum Episcopo & Capitulo perfectè reconciliârunt sub diversis legibus, quarum præcipuæ sunt: ut urbs

Episcopo in pœnam delicti solvat bis mille florenos aureos. Ut seditiosorum capita, quàm primùm designata fuerint, in jus et pœnam arbitrariam sistat. Ut, si qui ex iis aufugerint, eorum bona in fiscum redigi permittat. Ut hi, qui fundos emphyteuticos habent, post laudemium semel datum non teneantur illud amplius dare, quàm diu vivunt; sed tantum singulis duodenniis Dominum suum recognoscere, dato medio quartali vini. Ut Clerici et eorum domestici mercaturam et seculares negotiationes non exerceant; onera tamen civitatis publica non ferant juxta sua privilegia. Denique ut Lutheranae novationes puniantur et auferantur, vigore mandatorum et edictorum Papalium ac Cesareorum: westphalicè, der Lutterischen Handelunge soll man upsehen hebben / darmede de gestraffet und affgestalt werden / nach Vermöge Pawestlicher Hyllichkeit und Kayserlicher Majestät Mandat und Edict. Superest hac de re

instrumentum vel recessus publicus, hoc initio & fine: *\*Sciendum, posteaquam non multis abhinc diebus labentis anni, inter aliquos Cathedralium Canoniorum famulos, et aliquos urbis Paderbornensis cives, orta sunt quedam offensiones ac discordia, ex quibus dein secutus est campanæ pulsus ac seditio, propter quam plures Clerici, nec non Decanus et Capitulum Cathedrale ab urbe profugerunt, non sinè tadio et offensione Reverendissimi et Illustrissimi Principis, Domini Erici Episcopi* - - -

Nos

Nos P  
unà c  
mirun  
nero  
tum l  
manu  
sionib  
sequi  
sumpt  
mo q

pluri  
noru  
exim  
Fran  
tion  
dive  
unà  
re co  
Rapl  
dine  
do v  
Don  
rini  
tate  
dem  
Patr  
mon  
dem



Pace  
cefin



Nos Philippus, Dei gratiâ Dux Brunsvicensis, rogatu utriusque partis, unâ cum iis, qui à Nobilitate et urbibus Diocesanis nominati erant, nimirum Joanne Dynasta in Biren, Jodoco et Rabano\* Westphalen, Wernero Spiegel, et Francisco de Flörde, nec non et iis, qui nomine civitatum Warburgi, Brakelæ, et Borgentricæ, deputati erant, huic negotio manum adsecimus; adhibitoque in exæquandis singularum partium dissensionibus conatu ac labore plurimo, tandem eo modo transegimus, uti hîc sequitur etc. - - - Datum et actum Neuhusti, Dominicâ post assumptionis Mariæ, Anno post nativitatem Christi Domini nostri millesimo quingentesimo vicesimo octavo.

Denique & hoc anno Romæ Clemens Pontifex cum ingenti plurium animarum commodo confirmavit Ordinem PP. Capucinatorum, recens inchoatum à Venerabili Fratre Matthæo à Bascio, eximia sanctitatis viro. Is, cum antea vixisset in Ordine PP. Franciscanorum de strictiore observantia, anno 1525 ex inspiratione divina cœperat priorem habitum abjicere, aliûmque paulò diversum cum barba proluxa gerere. Eadem vestimenti forma, unâ cum eremitica vita, quam sectabatur, sequenti anno placere cœpit nonnullis aliis Franciscanis, ac nominatim Ludovico & Raphaëli de Foro Sempronio, duobus ex eodem observantium Ordine germanis fratribus: quibus etiam Clemens Pontifex tali modo vivendi & incedendi licentiam dedit. His deinde Illustrissima Domina Catharina de Cibo parvum cœnobiolum condidit Camerini in Umbria. Ubi dum hucusque in summo rigore ac paupertate vitam admodum religiosam peregissent; Clemens Papa tandem hoc anno laudatissimum institutum illud confirmavit: simulq; Patribus antè dictis facultatem generalem dedit condendi nova monasteria, & alios quoscunque sive Clericos sive Laicos in eandem vitæ societatem aggregandi.

## Annus Christi 1529.

CLEMENTIS VII. Pontificis 6. & 7.

CAROLI V. Imperatoris. 10. & 11.

ERICI Episc. Paderb. & Osnabr. 21.



Andem hic annus bellis Italicis finem optatum attulit, posteaquam Antonius Leva, Cæsarearum copiarum Ductor, Gallicanum exercitum in Ducatu Mediolanensi novâ clade ex insidiis obtrivisset. Primus ad pacem ineundam præiit Clemens Pontifex, qui Barcinone die vicesimâ nonâ Junii cum Cæsare transegit, eâ potissimum lege: ut

\*Jost uir  
Raue  
Westo  
phalen.

\*hæc Domi-  
nica tunc  
incidebat  
in diem 16.

Augusti,  
sub litera  
Dominica-  
li d.

Novus Or-  
do Patrum  
Capucino-  
rum, ante  
triennium  
inchoatus,  
confirma-  
tur à Pon-  
tificæ.

Spond. ad  
hunc ann.  
1525.

Joannes de  
Terrano-  
va, in rela-  
tione de  
orig. FF.  
Capucino-  
rum.

Cæso iterû  
exercitu  
Gallicano  
Clemens  
Papa iniit  
pacem cum  
Cæsare.

Palat. in  
Aq. Aust.

Haræus in  
ann. Brab.

Spond. ad  
hunc ann.



*Papa Casari in feudum tradat Regnum Neapolitanum: Casar verò Margaretham, filiam suam notham, despondeat Alexandro Medicæo, eumque reducat in urbem Florentinam ceterasque dignitates, è quibus Medicæi plebejo tumultu ejecti erant.* Octiduo post etiam in urbe Cameracensi tractari coeptum de pace cum Gallo; eaque demum post varias difficultates die quintâ Augusti in hunc modum conclusa est: *Rex Gallia Eleonoram, viduam sororem Casaris, in matrimonium accipiat; pro liberatione filiorum obsidum vicies centena aureorum millia Casari persolvat: Regno Neapolitano ac Ducatu Mediolanensi protinus excedat; jus omne, quod in Flandriam, Artesiam, Tornacum, Duacum, et alias provinciarum istarum urbes, quoquo modo obtendere potest, penitissimè abdicet etc.* Postremò etiam die 23 Decembris in congressu Bononiensi, Papam inter & Casarem ab Hispania reducem instituto, sancita est pax cum Venetis: & (quod nemo satis mirari potuit) Ducatus Mediolanensis, pro quo tot annis dimicatum fuerat, Francisco Sfortiæ ex incredibili munificentia Casaris redonatus est, eâ lege, ut intrâ decennium nongenta nummorum aureorum millia Casari persolvat. Neque jam aliud in Italia bellum supererat, quàm cum solis Florentinis, Medicæos ab urbe pulsos recipere detrectantibus. Verùm & illi tandem sequenti anno vi & armis ad obsequium Casaris compulsi sunt, uti suo loco referetur.

Longè infeliciùs procedebant res gestæ Casaris in Germania, Indixerat ejus nomine Ferdinandus Archidux Comitia publica, mense Februario inchoanda Spiræ. Proponebantur in iis duæ res gravissimæ. Prima erat, consultare de modo componendi turbas ac dissidia novarum religionum. Jam enim ex impunita quilibet opinandi ac docendi licentia eò deventum erat, ut non solum Catholici colliderentur cum A catholicis; verùm etiam ipsimet A catholici in sectas diversas irent, & alii Lutherum, alii verò Zwinglium & Sacramentariorum placita sequerentur. Altera erat comparare protinus auxilia contra Turcas, ipsimet urbi\* Viennensi obsidionem & exitium comminantes. Joannes enim Transilvaniæ Waiwoda, posteaquam anno 1527. à Ferdinando æmulo suo profligatus, Regni que Hungarici spe dejectus esset, ad Solimannum confugerat, & hic receptâ illius causâ non modò Ferdinandi Legatum è suis finibus excedere; sed etiam atrocibus\* hisce verbis remitti jusserat: *Primo vere se cum exercitu suo prope Budam adfore: ibi se vel consticturum cum Ferdinando, si compareat; aut si emanserit, inquirendi ipsius causâ Viennam usque venturum esse.* Utraque res ista erat gravissimi ponderis; & facilitas impetrandi auxilia contra Turcas maximopere dependebat à concordia Principum in rebus fidei. Hanc igitur ut acceleraret Ferdinandus Archidux & Hungariæ Rex,

Cameraci constituitur pax inter Casarem & Gallum. aut eadem & alii.

initur etiam pax inter Casarem & Venetos. Pal. & Haraus loc. cit. Ducatus Mediolanensis donatur Francisco Sfortiæ.

Haraus in ann. brabant. Comitia Spitenfia de componendis religionum dissidiis, & impetrandi auxilio contra Turcas.

\* Isthuanff l. 10. de reb. Hung.

\* Isthuanff ibidem.

A plerisque Principibus decernitur, ut usque ad adventum Casaris pareant omnes edicto Wormatiensi, nec

Rex, lium à Car ciliu aut, ventu pro bo teretu Sacra in Eu religio tatem mitia Luth nove bant non a de pra piam Prim tatem iri. inter nis p juva perio tum perio geren posse. frag ante obti Hun secu intra Bud nus didi bus ita fa



Rex, mense Aprili cum potissima procerum & civitatum Imperialium parte hoc decretum commune condidit: *Romanum Pontificem à Carolo Casare sollicitandum esse, ut intrà unius anni spatium indicat concilium generale pro definiendis Catholicorum et A Catholicorum dissidiis: aut, si intrà tam breve tempus id fieri nequeat, generalem Imperii conventum indici oportere, in quo Casar ipse compareat, laborétque sedulò pro bono pacis. Interea parerent omnes edicto Wormatiensi, nec permitteretur ulla novitas vel novatio in rebus fidei, præsertim circa Venerabile Sacramentum, celebrationes Missarum, et præsentiam Corporis Christi in Eucharistia. Nullus etiam è Principibus vim alteri inferat sub obtentu religionis; neque permittat aliquid à typographis in lucem edi, quod novitatem doctrinæ sapiat etc.* Contra hos aliosque articulos decreti Comitialis, continuò protestati sunt alii Principes urbiumque Legati. Luthero Zwingliove dediti; qui idcirco *Protestantes* appellati sunt novo nomine, ab his Comitibus derivato. *A Pontifice, inquebant, nihil remediù contra hæc dissidia sperari posse, hominum conscientia non debere vim inferri, Missam Pontificiam divino verbo adversari, de præsentia Christi in Eucharistia alios ab aliis dissidere, nec eorum quempiam inauditâ parte condemnandum esse. Proinde rogari à se, ut cuique Principum et Imperialium civitatum liceat, sua dogmata et religionis libertatem retinere: alioquin à se nihil auxiliorum contra Turcas impetratum iri.* Quid hîc ageret Ferdinandus, ex præsentî necessitate malleum inter & incudem positus? durissimum illi erat, libertatem religionis permittere: at multò durius, nullis contra Turcam auxiliis adjuvari, atque ità provincias Austriacas præsentissimo perditionis periculo exponi velle. Quare tandem coactus est, antè decretum retractare, conderéque novum aliud, per quod omnibus Imperii statibus permetteretur, *in rebus fidei et religionis ità se habere vel gerere, ut existiment se Deo et Casari factorum suorum rationem reddere posse.* Atque ità demum impetravit, ut communi Ordinum suffragio decreta fuerint illa peditum equitumque auxilia, quæ paulò antè nullis precibus aut publicæ necessitatis exhibitione potuerat obtinere.

Interea Solimannus, Constantinopoli egressus properabat in Hungariam. Et quia innumeram populi multitudinem trahebat secum, universum regnum illud adventu suo ità perterruit, ut intra breve tempus facillimam sibi viam aperuerit Viennam usque. Buda vix hostem vidit, & admisit. Strigonium Paulus Vardanus, loci Archiepiscopus, tyranno venienti clavibus oblati tradidit. Jaurinum & Altenburgum urbes penè priùs à suis defensoribus defertæ sunt, quàm hostem vicinum perentiscerent. Atque ità factum est, ut universus Turcarum exercitus, postquam die

ulla novatio fiat in rebus fidei. Palat. in Aq. Austr. Spond. hic n. 10. Chytraus l. 12. Saxon.

Contra hoc decretum protestantur Principes A Catholici, & ideo tunc primum dicti sunt Protestantes. Auctores iidem. Surius in comment.

Ferdinandus imperatoris frater cogitur priùs decretum immutare, & sic tandè impetrat auxilia contra Turcas. auct. iidem Cochleus in actis Lutheri. Helvic. in theat. hist. univ.

Solimannus occupatâ celeriter Buda & aliis Hungariæ urbibus Viennam obsidet. Isthuanffl. 10. rer. Hung.

nonâ



*Soister. l. 1. de bello Pannon. Anonym. de obsidione Vienn. Pal. Spond. & alii.* nonâ Septembris movisset ab urbe Buda, intra octodecim dies unâ cum Solimanno Imperatore suo ante Viennam steterit. Agebant hîc in præsidio duo millia equitum & sedecim millia fortissimorum peditum, quibus cum supremo imperio præerat Philippus Comes Palatinus Rheni: ceterorum verò Ducum præcipui erant Nicolaus Comes de Salm, Joannes Comes de Hardeck, Nicolaus Comes Turrianus, Guilielmus Rogendorffius, & alii viri præstantissimi, omnes cum suis militibus aut vincere, aut mori certi. Ostentabat his contra Solimannus exercitum valentissimum, quem aliqui ducentorum, alii trecentorum aut quadringentorum

*\* Cochleus in actis Lutheri. Haraus in ann. Brab.*

\*millium fuisse referunt. Neque ex omni apparatu militari quidquam aliud ipsi deerat, quàm solæ grandiores belli machinæ, quarum loco, velocioris itineris causâ, secum vexerat colubrinas leviores plurimas, verberandis prosternendisque mœnibus idoneas. Speraverat enim, urbem hanc adhuc minùs paratam fore ad sustinendos Turcarum impetus, ideòque solâ copiarum suarum ostentatione ita perterrefactum iri, ut exemplo urbium Hungaricarum sese quàm primùm dederet. Hac autem spe delusus, convertit se ad agendos cuniculos; iisdemque murum suffodere, ac tormentarii pulveris beneficio diruere conatus est. Quod cum ei uno alteròve in loco feliciter evenisset (ceteri enim cuniculi per contrarias fossiones à Viennensibus detecti erant) ferocissimum illic assultum fieri, & continuis novorum militum immisionibus urbem conscendi iussit. At inani prorsus labore & conatu. Nostrum enim non solum fortiter illos exceperunt; verum etiam frequentatis tormentorum \* explosionibus, gladiis, contis, hastilibus, & quovis armorum obviorem genere, tam horribilem inter eos edidère stragem, ut cruento plurium horarum certamine delassati, ab assultu tandem desistere, & militum prædiariorum virtuti cedere coacti sint. Infremuit hac suorum repulsâ tyrannus barbarus. Et majori conatu post dies pauculos novum à suis assultum retentari fecit: & in postremo etiam assultu, qui tertio Idus Octobris contigit, non modò suos ad pertinaciorem pugnam adhortatus est; sed etiam omnibus pedestris militiæ Ducibus severissimè \* præcepit, ut, si qui audentius in hostem progredi aut pedem ulterius promovere nollent, eosdem è vestigio in ipsius urbis conspectu suis ipsi manibus contrucidarent. At neque

*\* Isthuanff loc. cit. Anonym. in hist. obsid. Vienn.*

his imperiis aliquid effectum est pro Solimanni gloria. Iterum enim atque iterum pari clade repulsi sunt Ottomanii: ideòque ad extremum (dum urgeret hinc suorum Ducum, indè verò Christianorum gladius) eò desperationis ac vecordiae devenerunt, ut ad omnia Ducum suorum imperia velut pecudes immotæ starent,

mal-



mallentque occidi ab his, quàm ab illis. Quo viso, compertoque simul Ferdinandum Regem cum Friderico Palatino & selectis Germanorum auxiliis actutum adfore; Solimannus postridie, decimâ sub noctem horâ, silenter abiit, alterâque die etiam totus barbarorum exercitus ea cum festinatione in fugam se abripuit, ut intra quinque dies, decursis triginta duobus miliaribus Germanicis, rursùm constiterit ante Budam.

Suspexit etiam Germania novum hoc anno genus ægritudinis, quod sudorem Anglicum appellabant, quia ex Anglia primùm in maritimas civitates Belgii, indeque latius in universam Germaniam se diffudit. Morbus hic inter comedendum, ambulandum, colloquendum, repentè corripiebat homines cum ingenti angore sudorifero, ex eoque sequebatur \* somnus pertinax Lethargo similis. In quo, si permanerent, passim intra viginti quatuor horas vitam simul animamque suam edormiebant: si autem à somno averterentur, aut viginti quatuor horas agrotando superarent, plerumque evadebant periculum vitæ. Unde necessum erat, homines eo sudore contactos assiduè vellicare, trahere, pungere, aliisque modis impedire, ne in somnum inciderent, vel in eo remanerent. Multos malum istud è vivis abstulit, priusquam ejus natura & medicandi methodus comperta esset.

Antwerpia intra spatium unius tridui quadringentos aut quingentos eo malo perisse, refert \* Haræus: alibi ferè tertiam partem hominum eâ lue sublata esse, memorat \* Westhovius. In Westphalia verò, aut certè in Diocesi nostra locisque vicinioribus, pauci admodum extincti sunt, ob remedia jam satis nota, ac præmaturè adhibita; uti scribit Henricus Abbas \* Marien-Münsterensis hisce verbis: *Hoc anno quedam infirmitas grassabatur, quæ vocabatur sudor Anglicus, de qua nunquam in Germania scivimus. In aliquibus locis multi moriebantur: sed hic in Westphalia major pars convalescit, adhibentes remedia.*

Alio, ut opinor, ægritudinis & infirmitatis genere, tertio Kalendas Decembris, vitam hoc anno clausit Franciscus Episcopus Mindensis, defunctus Wolffenbuti apud Henricum fratrem, sepultus autem Riddagshufii, celeberrimo quondam vicinòque Cisterciensis Ordinis monasterio. Vir hic erat audacis & cervicosi ingenii; Carolo tamen Imperatori & Ecclesiæ Catholicæ ad mortem usque fidelissimus. Unde & eo vivente Lutherana hæresis Mindam intrare non est ausa: uti contigit, quàm primùm è vivis abiit. Vacantem ipsius cathedram sub initium sequentis anni consecutus est Franciscus Comes de Waldeck, quem & biennio post Monasteriensi & Osnabrugensi mitrâ condecoratum videbi-

Solimannus, adventu nostrorum cognito, Viennam delerit, & celerimâ fugâ se subducit.

*aut. idem.* Sudor Anglicus multos in Germania in mortem præcipitat. *chron. Trem. ms. Spangenberg. in chron. Mansf. Kerfsenb. in hist. anabapt. Spond. Cochlaus & alii.*

\* Haræus in ann. brabant. \* Westhoff. in chron.

*Trem. ms. in Diario ms. suorum temp. ad ann. 1529.*

Franciscus Episcopus Mindensis moritur die 29. Nov.

*Chytrausl. 12. Saxon. Reusner in opere Genealog.*

Succellit ei Franciscus de Waldeck, electus initio sequentis anni.

*Chytraeus ibidem.*

Ce-



Fridericus  
Episcopus  
Monasteri-  
ensis levi de  
causa urbē  
Wildeshu-  
fanam de-  
struit.

*Chytraeus l.*

*12. Saxon.*

*Hamelm. l.*

*1 de emors.*

*famil.*

*Anonymus*

*in chron.*

*Monaster.*

Gravissimā

indignatio-

nem idcir-

co patitur à

primoribus

sue Diœce-

sis.

*Anonymus*

*in chron.*

*Monast.*

Ceteri Westphaliæ Episcopi adhuc firmâ utebantur valetudi-  
ne; sed inæquali tamen cum laude præerant. Nam Fridericus  
Monasteriensis apud omnes patriorum annalium scriptores pessimè  
audit, non modò propter vecordiam suam in opprimenda Lu-  
theranorum & Anabaptistarum factione; sed etiam propter singu-  
larem in rebus agendis imprudentiam, cujus triste rursus exem-  
plum hoc anno edidit Wildeshusii. Urbem hanc, nescio cujus  
existimatæ rebellionis ergò (levem certè causam fuisse memorat  
Hamelmannus) clanculariâ expeditione per noctem obruit, & mi-  
serandum in modum penitùs everti jussit. Consul Horckenba-  
chius capitali supplicio affectus, munitiones dirutæ, turres de-  
jectæ, aggeres complanati, muri in fossas detrusi, urbs tota de-  
nique in formam pagi redacta, & omnibus veteribus privilegiis  
exuta. Iniquissimis animis id accepere omnes Ordines ac primo-  
res Diœcesis Monasteriensis: huic enim eo tempore parebat Wildes-  
husium. Et quia funestum illud facinus absque eorum notitia vel  
consensu peractum erat; id ei toties unà cum aliis rebus impru-  
dentissimè gestis objectârunt, ut ex tædio tandem anno 1532 Epi-  
scopalem dignitatem abdicaverit, uti suo loco memorabitur.

## Annus Christi 1530.

CLEMENTIS VII. Pontificis 7. & 8.

CAROLI V. Imperatoris 11. & 12.

ERICI Episc. Paderb. & Osnabr. 22.

Carol<sup>o</sup> Im-  
perator à  
Pontifice  
coronatur  
Bononiæ.  
die 24. Fe-  
bruarii.

*Spond. ad  
hunc ann.*

*n. 1.*

*Palat. in*

*Aq. Austr.*

*Cornel. A.*

*grippa in*

*historia*

*hujus coro-*

*nat. & alii*

*passim.*



**E**X congressu Bononiensi, de quo ad annum superiorem  
egimus, volebat Cæsar cum Pontifice Romam profi-  
cisci, ut ibidem in templo, orbis Christiani Principe,  
veterum Imperatorum more coronaretur. At, quia  
Ferdinandus frater ejus identidem exorabat, ut abruptis Italiæ cu-  
ris maturaret iter in Germaniam; solennitas ista mutato consilio  
peracta est Bononiæ in Basilica Petroniana. Ubi Clemens Ponti-  
fex Carolo Imperatori suis ipse manibus coronam auream impo-  
suit in festo S. Matthiæ Apostoli, quo die Cæsar huic mundo na-  
tus, & ab eo Franciscus Galliarum Rex Ticinensi prælio ante quin-  
quennium captus erat. Aderant solennissimæ huic festivitati Car-  
dinales minimùm viginti, Episcopi & Archiepiscopi quinquagin-  
ta tres, Legati Regum Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Lusitaniæ, Hun-  
gariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Venetorum, Genuensium, Lucen-  
sium, Senensium, & aliorum plurium: denique Comites, Prin-  
cipes, Marchiones, Ducésque innumeri; quos inter eminebant

Caro-



Carolus Sabaudia Dux, & Philippus Comes Palatinus Rheni, à Vienna priori anno contra Turcas defensa, celebris. De reliquo coronationis istius apparatu & splendore videri potest Cornelius Agrippa in libello peculiari, ea de re conscripto. Mihi satis est, brevissimis verbis dicere cum *\*Palatio*, coronationem hanc tanta cum majestate peractam esse, *ut ab omni retro memoria nunquam ulla major illustriorque hominum multitudo, vel in celeberrimi triumphij majestate, unius urbis mœnibus comprehensa fuerit.*

*\*Palat. loc. cit. n. 296*

Postridie coronationis confirmavit Imperator omnia Minden-  
sis Ecclesiae privilegia, uti constat ex ejus diplomate, quod apud  
Pistorium *\*legitur*, signatumque est *Bononiae, die vicesimâ quintâ  
mensis Februarii, anno Domini MDXXX.* Reliquis verò diebus  
consultatum est de concedenda Equitibus Rhodiis insula Melite:  
utpote quæ amissâ Rhodo ad prosequendum hujus Ordinis institu-  
tum peridonea erat, & castellis validissimis adversus omnes Turca-  
rum incurfus præmuniri poterat. Annuit & his petitis Impera-  
tor. Insulamque eam, quæ tunc ad Regnum Siciliae pertinebat,  
die vicesimâ quartâ Martii prædictis Equitibus perpetuò tenendam  
dedit eâ lege, ut sibi quidem nullis obsequiis militaribus obstricti  
essent: Singulis tamen annis sibi vel Proregi suo album Falconem  
penderent; & quoties novum Sicilia Regem acciperet, coram eo  
clientelaris fundi professionem aut recognitionem exhiberi face-  
rent. Qua in re prudentissimus Imperator non attendit parvita-  
tem censûs annui; sed utilitates maximas, quæ ex ea concessione  
sibi suisque successoribus enasci poterant. Nam ab his Equitibus,  
qui nunc Melitenses appellari solent, paulatim hæc insula tam fir-  
mis operibus communita est, ut jam orbis universus fateri debeat,  
Regno Siciliae non potuisse contra omnes Turcarum impetus mu-  
rum firmiorem præstrui, quàm ubi Melita his Equitibus tradita,  
& ab iisdem infideri cœpta est.

Ibidem  
confirmat  
privilegia  
Mindensis  
Ecclesiae.  
*\*apud Pi-  
stor. 10. 1.  
ver. germ.  
Meliten seu  
Maltam in-  
sulam con-  
ferret Equiti-  
bus Rhodi-  
is, qui  
nunc Meli-  
tenses dicti.  
Spond. ad  
hunc ann.  
n. 13.  
Baudrand.  
in Diction-  
ario Geo-  
graph. V.  
Melita.*

His peractis Imperator exeunte Martio recepit se in Germa-  
niam, aperturus inibi comitia Augustana, à quibus & *Augustana  
Confessio* nomen infaustum obtinet. Advênit illuc die decimâ quin-  
tâ Junii, magnis honorum exhibitionibus in itinere detentus. Et  
quia sequenti die commodum incidebat solenne festum, quod à  
*Corpore Christi* nomen habet; Joannem Saxonem & alios Luthero  
deditos iterum iterumque per diversos nuntios rogari fecit, ut Ma-  
jestatem suam veteri more comitari velint in solenni supplicatione,  
quâ divinissimum illud Sacramentum adorari & circumferri solet.  
Id ubi obstinatis animis recusassent; postremò rursus ab iis postu-  
lavit, ut, si Christo Eucharistico id honoris exhibere nolint, sal-  
tem personæ suæ reverentiam non detrectent, sequanturque sese

Pridie Cor-  
poris Chri-  
sti venit ad  
comitia Au-  
gustana.  
Cochleus  
in actis Lu-  
theri.  
Sarius in  
comment.  
rer. gest.  
Pal. & aliis.

T

ut



Et recusantibus Principibus Lutheranis, postredie interest solenni processioni. Cochlaus loc. cit. Surius ibidem, Spondan. ad hunc annum. Pal. & alii.

ut Dominum subditi, ut Cæsarem Vasalli vel clientes. Cum autem & hoc abnuerent, vehementer excaudit; propè que aberat, ut juberet omnes Protestantes ab his comitiis faceffere, nisi id alii Principes amore pacis deprecari essent. Supplicatio nihilominus ad invidiam ipsorum solenniter edueta est cum splendore & majestate maxima. præcedebat urbis Clerus, & omnium Principum Nobilitas aulica ardentibus instructa cereis. Sequebantur Ferdinandi Regis & Caroli Imperatoris tubicines & æneatores, exquisito vestium ornatu fulgidi. Post hos ante Venerabile Sacramentum ibant seculares Principes, Comites, & urbium Principumque absentium Legati, cum facibus quadrifidis è cera candida. Thecam sanctissimi Sacramenti, quam vulgò *Monstrantiam* vocant, pientissimè deportabat Albertus Cardinalis & Archiepiscopus Moguntinus: quem à dextris deducebat Ferdinandus Archidux & Hungariæ Rex; à sinistris verò Joachimus Elector & Marchio Brandenburgicus. Umbellam sive *tendam*, sub qua Sanctissimum deferri solet, alternatim portabant seculares Principes. Cæsar autem ponè sequebatur in veste simplici ex nigro holoserico; ac tametsi ardentissimi calores essent, nudo semper ac detecto capite facem quadrifidam in manu gestans. Idem faciebant, qui post ipsum gradiebantur, Hermannus Archiepiscopus Colonienfis, Christophorus Archiepiscopus Bremensis, aliique Prælati Ecclesiastici, Episcopi, Abbates, & Præpositi quàm plurimi, longo ordine comitantes.

Dein die 20 Junii, in primo congressu publico, exponit scopum & finem comitiõrum. Surius ibidem, Spondan. n. 4. & 5. Pal. & alii.

In 2do congressu præsentatur ei confessio Augustana, auct. ibidem

Post hæc die 20 Junii, in prima comitiõrum sessione, Carolus Imperator congressuum habendorum causas per Fridericum Palatinum hoc modo breviter exposuit: *Videre se non sine maximo dolore cordis, quàm funestis Religionum dissidiis lacerata sit Principum concordia: quâ deficiente, Christianorum potentia decrefcatur, Turcarum crescat. Venisse nunc post pacata Italiæ bella, ut antiquam animorum et fidei conjunctionem quàm primùm reparet: ideòque omnibus liberam potestatem facere, opinionem fidemque suam sessione proximâ in scripto proferendi. Curaturum se, ut ea probè examinetur: nec ambigere, quin et ipsi Principes unâ secum laboraturi sint, ut ea fidei ac doctrinarum diversitas feliciter extinguatur.* Quatriduo post in confessu proximo Joannes Elector Saxonicus epitomen doctrinæ suæ, quam deinde *Confessionem Augustanam* appellârunt, communi Principum Lutheranorum nomine Imperatori detulit: addiditque geminum exemplar, alterum latinè, alterum germanicè conscriptum, & subsignatum non modò à se & filio suo Joanne Friderico; sed etiam à Georgio Marchione Brandenburgico ex linea Onolsbacensi, Ernesto & Francisco Ducibus Luneburgicis, Philippo Hassiæ Landgravio



gravio, Wolffgango Anhaltino, & quibusdam civitatibus Imperii. Accepit eam Cæsar pacato animo: tardèque simul & articulatè prælectam, Catholicis Doctoribus ad examinandum tradi, & ubicunque id opus fuerit, solidissimis argumentis refutari iussit. Quod cum ab his accuratè ordinatissimèque ad singulos Augustanæ Confessionis articulos fuisset præstitum; etiam responsio illa in comitiis prælecta, eaque Cæsar & Catholicorum Principum approbatione excepta est, ut omnes unanimiter existimarent, responso tam firmo stari, & contra omnes novorum Doctorum objectiunculas acquiesci oportere. Proinde & ceteri Principes Lutherani humanissimè rogati sunt, ut ab antiqua Majorum suorum fide pedem non retraherent, neque refutationem istam cum suis apostatis communicarent, ne eorundem frivolis frigidisque oblocutionibus desiderata Ecclesiæ pax cum æterno Germaniæ damno proteletur. Sed, cum illi novarum doctrinarum dulcedine capti, & bonorum Ecclesiasticorum rapinis hilares, contumaciter id abnuerent; Cæsar offensus è comitiis abiit, & congressus eà die sinè omni fructu dissolutus est.

Tentatæ quidem postmodum plures collationes privatæ, Catholicos inter & Lutheranos permissu Cæsar institutæ: sed, ut Cæsar antè jam præviderat, effectu semper irritò, & nullius bonæ expectationis capace. Lutherani enim Principes referebant omnia ad suos præcones & novatores: ab his autem, ut apostatis & variorum Ordinum religiosorum desertoribus, quid boni & frugiferi sperari poterat? Quare tandem Imperator, cum vidisset, coniventiam bonisque verbis nihil penitus ad revocandam fidei concordiam profici, primùm Lutheranis Principibus per literas publicas indici iussit, ut ante medium Aprilem sequentis anni sigillatis à se literis responsum dent, num in causa fidei concordare velint cum Cæsare et aliis Principibus Catholicis; an verò non: Deinde cum iisdem Principibus Catholicis, quales adhuc erant Electores omnes excepto Saxone, generali decreto sanxit, ut omnes in avita Majorum suorum fide constantissimè persistant. Postremò etiam Electores omnes exeunte hoc anno Coloniam convenire iussit, ut ibidem consulerent inter se de eligendo Romanorum Rege, qui se absente gubernaret, & rerum agendarum curam vicariam gereret.

Interea, non expectato comitiorum Augustensium exitu, plures Westphaliæ civitates, maximèque Minda & Herivordia, à diversis apostatis ad Lutherana dogmata seductæ sunt. Mindenenses pervertit Nicolaus Cragius, homo petulans, dissolutus\*, præceps, & uti ab ipsomet Hamelmanno describitur, ad seditiones turbasque pronus. Is, cum à civibus defuncto Francisco Episcopo in urbem

Hæc deinde à Catholicis refutatur; & ejus refutatio approbatur à plerisque. *anct. iidem Helvic. in theat. hist. univ.*

Lutheranis Principibus præfinitur tempus de liberandi. *Cochleus in actis Lutheri. Spond. hic n. 8. Electores invitantur Coloniam ad electionem novi Regis Romanorum.*

Doctrina Lutherana per seditionem introducit Mindæ. *Chytr. l. 12 Saxon. \*Hamelmann. in hist. ven. Evang. in urbe Minda.*



admissus fuit, repentinâ factione plebis nunc in hanc, nunc in istam Ecclesiam parochialem irrui; ibique animosâ audaciâ suâ\* cum stentoreis clamoribus ita detonuit in Catholicos, ut Canonici monachique omnes, efferatâ plebis injurias veriti, urbem relinquere, domosque & monasteria sua seditiosorum direptioni permittere, coacti fuerint. Neque huic malo subvenire potuit defuncti Episcopi successor Franciscus Waldecensis; quia vires illi nervusque deerant, quibus urbem rebellem frangeret. Similiter & Herivordienfes ad defectionem incitavit Joannes Dreyer Augustiniani Ordinis defertor: quo auctore ferè omnes monachi tam in Augustiniano, quàm in Franciscano cœnobio cuculum exuere. His autem incentoribus confestim omnia Catholicorum sacra sus deque versa, Joannes Dreyer in Parochiam veteris urbis intrusus, Joannes Blombergius itidem defertor monachus parochiali Ecclesiæ novæ urbis impositus, monasteriorum bona in scholarum usus conversa, multæque aliæ novationes per tumultum & audaciam popularem factæ. Opposuit se quidem his tumultibus Illustrissima Princeps Abbatisa; &, quia sola par non erat iisdem refrenandis, etiam sequenti anno imploravit opem Erici Episcopi nostri, tanquam Antistitis Dioecesani. Sed cum Ericus eo tempore jam laboraret in obtinendo Episcopatu Monasteriensi, & eo vix adepto viam universæ carnis ingressus fuerit (uti suo loco referetur) singulare nihil contra novatores istos & iniqua ipsorum ausa effectum est.

Neque hîc finis fuit Lutheranorum tumultuum in Westphalia. Nam & Lipstadienses hoc anno vetera Catholicorum sacra sustulerunt adhortantibus Augustiniani cœnobii monachis, Joanne Westermanno, & Hermanno Kothenio apostatis, de quibus jam supra actum est ad annum 1527. Cùmque eorum conatui se opponerent Consules & Senatores aliqui; eosdem seditione populari ab officio dimoverunt, suffectis in eorum locum viris aliis, doctrinæ suæ adhærentibus. Acerrimè quidem ea de re moniti ac reprehensi sunt à Joanne Cliviorum Duce, & Simone Comite Lippiensi: quorum uterque pro dimidia parte hujus urbis Imperium obtinebat. Sed, quia ab his iterum iterumque jussi non paruerunt; tandem prædicti Domini cum auxilio vicinorum Principum, rebellem urbem incluserunt, severissimo simul præcepto edito, ne quis ex omnibus pagis locisque proximis obsonii aut frumentorum quidpiam in hanc urbem importaret. Id quod anno sequente factum esse, contra opinionem Hamelmanni clarissimè testatur Kerfsenbrochius, ita\* scribens: Anno 1531 ob religionis innovationem civitati Lippiensi, autoritate Episcoporum, Coloniensis, Mo-

Item Herivordiae in Westphalia.

Hamelm. in Hist. Evangelii renati Herivordiae.

Et Lipstadii Hamelm. in hist. Evren. Kleinfor. in hist. ms.

Lipstadium à Duce Clivienfi & Comite Lippiensi circumvallatur anno sequenti.

\*Kerfsenb. in hist. a. nabapt. sub initium c. 9. chron. Tremon. ms. ad ann. 1531.



*Monasteriensis, Paderbornensis, Osnabrugensis, nec non Principis Juliacensis et Comitis Lippiaci, itineribus publicis circumquaque obsessis, commeatus præcluditur.* Senfere tunc rebelles incolæ, quam severus urbium domitor & expugnator sit quotidiani panis & ciborum defectus. Hoc enim ab hoste victi, in festo Assumptæ Virginis, post diurnam inedia refractaria colla subdiderunt, vitam suam fortunâque omnes Dominorum suorum arbitrio\* ac discretioni permittentes. Ingressi mox urbem Clivensis & Lippiensis, cum aliis quibusdam Dominis & magnis equitum peditumque turmis. Conquisiti postridie Lutheranorum dogmatum seminatores monachi, postulati seditionum ac tumultuum Duces, Westermannus cum Kothenio & omnibus Evangelii novi præconibus ab urbe pulsî, refractarii cives diversis pœnis ac suppliciis castigati, postremò etiam (utî contra Hamelmannum scribit Kleinsorgius) Magistratus populûsque Lipstadiensis polliceri debuit, se in posterum ab omni rerum novandarum studio abstenturos esse.

Faciliori negotio compressa est Lutheranorum seditio in urbe Lemgovia. Nam & eam hoc anno ad Lutherum descivisse, memorat Chytræus, ita\* scribens: *Lemgovia in Westphalia, invito Comite Simone, recepta est sincerior Evangelii doctrina, et ad Brunsvicensis Ecclesie formam ritus instituti sunt.* Auctor hujus novationis & consequentium turbarum fuit Liborius\* Rudolphi, è Paderbornensi Minoritarum cœnobio Sacerdos profugus: ab hoc enim apostatarum & hominum uxeriorum genere ubique passim in urbibus pulsata sunt prima rebellionis tympana. Is, ubi aliquoties auditus esset in quodam urbis istius angulo, favore plebis insolenter ausus est Mauritium Piderit Pastorem Catholicum non solum ex æde præprimaria S. Nicolai in urbe veteri; sed etiam è templo S. Joannis in urbe nova, per tumultum ejicere: utî docent ejusdem ejecti literæ, Paderbornam scriptæ, & hoc modo\* subnotatæ: *Mauritius Piderit, Pastor nomine tantum apud Lemgenses.* Neque stetit hîc plebis infanæ furor. Cùm enim Consules & Senatores hunc tumultum premere, & Mauritium restituere niterentur; novis illa motibus agitata, integerrimos hîc viros ab officio movit, in urbis curia diu constrictos tenuit, ac deinde tot ærumnis pressit & afflixit, ut urbe demum excedere, novòque Magistratui per seditionem obtruso, locum dare coacti fuerint. Qua de re Kleinsorgius, rerum in sua patria gestarum præceteris gnarus, ita ad hunc\* annum scribit: *Postquam Herivordia Joannes Dreyerus et alii Lutheranam fidem introduxere, etiam Lemgovia in patria mea plebi libuit, contra voluntatem ac prohibitionem Ordinarii sui, Episcopi Paderbornensis, utî etiam Domini sui Simonis Comitis de Lippia, veterumque Consulium ac*

Lipstadium capitur, seductores expelluntur, cives promittunt se mansuros in fide Catholica. *Kleinsorg. in hist. ms. Hamelm. in hist. Ev. \*germanice auff gnade uñ ungnade.*

Lemgovia urbs in Comitatu Lippiensi per seditionem publicam recipit Lutheri dogmata.

\*Chytræus l. 13. Saxon. \*Hamelm. in hist. Ev. ren. in urbe Lemg.

\*Literæ Pideriti ad archidiaconum in archiv. Cath. Eccl. Paderb.

\*Kleinsorg. in hist. ms.

Sena-



Senatorum urbis, novationem similem vehementi seditione et magnis intemperis aggredi. Quo in tumultu veteres Consules, nimirum Christianus Kleinsorgius avus meus, et Conradus Flörcken senior, alique viri senatorii ordinis, à plebe diu in urbis curia conclusi, atque in eas angustias deducti sunt, ut urbem derelinquere necessum fuerit. Horum loco plebejùm vulgus alios Consules et Senatores factioni suæ deditos intrusit, quemadmodum hæc et similia seditiosa gesta à multis viris senibus accipi.

Sed paulò post auctoritate Comitum Lippensis, & Erici Episc. Paderborn. ad fidem Catholicã reducitur. Kleinorg. in hist. ms.

Franciscus Gallie Rex filios suos recipit à Carolo Cæsare, & sororem ejus Eleonoram ducit uxorem.

Spond. hic n. 12.

Surius in comment. rer. gest.

Hareus in ann. Brab. Florentia urbs Italia Cæsareanis deditur

Medicæi restituntur, Alexander Medicæus fit postea magnus Hetrurie Dux.

Hareus in ann. brab.

Surius,

Spond. Pal. & alii.

Gravissimè offendebat hoc facinus non modò Simonem Comitum, sed etiam Ericum Antistitem nostrum: & uterque, veluti jam animo destinatum erat, in urbem ream severiùs animadvertisset, nisi Nobilium virorum aliqui amborum voluntates ad mitiora consilia revocassent. Horum interventione Lemgovientes tandem eò redacti sunt, ut Antistiti Comitique suo datã fide polliciti fuerint, se in posterum ab hujusmodi novationibus abstuturos, & in antiquis Ecclesiæ Catholicæ ritibus perstituros esse. Itã amborum jussu revocati in urbem fugitivi Consules, restitutus Catholicorum sacrorum ordo, & reductus in parochiam suam Pideritius: qui tamen haud multò post, Erico Episcopo è vivis evocato, Lutheranum Evangelium amplexus est, & aliorum apostatarum more uxorem duxit.

Satis hæc de istis novationibus. Nunc breviter addamus ea, quæ supersunt de rebus Gallicis & Italicis. Ineunte Junio Franciscus Gallie Rex ab Imperatore Carolo recepit obsides filios suos Franciscum & Henricum: eodemque tempore simul advenit Eleonora Cæsaris soror, & Regis futura conjux. Magnis lætitiis excepti omnes à toto populo, maximèque ab ipso Rege, qui ab urbe Burdigala iisdem obviam progressus est, paulòque post Eleonoram sibi conjungi & coronari fecit. In Italia die 11 Augusti Florentina civitas, posteaquam Cæsareanis ab Octobri superioris anni pertinacissimè restitisset, ex inopia quotidiani victùs eorundem potestati se dedit. Quo eventu Medicæi protinus ad honores pristinos revocati: nec multò post etiam Alexander Medicæus à Cæsare dictus & pronuntiatus est Magnus Hetrurie Dux, acceptã in Conjugem \*Margaretã ejusdem Imperatoris filiã, quam hic ante matrimonium genuerat ex Margareta Vangestia.

## Annus Christi 1531.

CLEMENTIS VII. Pontificis 8. & 9.

CAROLI V. Imperatoris 12. & 13.

ERICI Episc. Paderb. & Osabr. 23.

Imperator è comitiis Augustanis Coloniam attigit in festo S. Thomæ Apostoli: nec multò post etiam omnes Electores ibidem ad-



adfuere, excepto solo Joanne Saxone. Qui, licet ad electionem novi Regis humanissime invitatus esset, non solum obstinate se subduxit; sed & suo & aliorum Principum Lutheranorum nomine\* per Joannem Fridericum filium suum vehementer exposulavit. Electionem hanc juxta Bullam auream non posse alio in loco fieri, quam Francofurti; ideoque inanem et irritam fore, si secus fieret. At huic facile respondit\* Cæsar: Carolum IV. ita olim statuisse, cum Imperium totum adhuc probe Catholicum esset; nec prævidisse modernorum temporum novationes. Francofurti jam abrogata esse Catholicorum sacra, quibus ipse et ceteri Electores addicti sint excepto Saxone: urbem verò Coloniæ in Catholica fide etiamnum permanere, adeoque se et reliquos Electores ibi melius pietati suæ et rebus Divinis vacare posse. Deinde in primo septemvirorum congressu prudentissimus Imperator novæ hujus electionis causam eleganter exposuit\* in hunc ferè modum: consistare omnibus, quàm periculoso in statu jam constituta sint res Germanicæ, non modò ob exorta Religionum dissidia; sed etiam ob immensam Solimanni potentiam, Germanorum cervicibus impendentem. Se quidem pro suis viribus laboraturum, ne quid mali vel à Turcis vel à Principibus Lutheranis accidat. Sed, cum et aliis compluribus Regnis à se invicem longè disjunctis imperet, ideoque in Germania præse esse non semper queat; indigere se Coadjutore aliquo seu Romanorum Rege, qui se absente curam imperii gerat, qui à suis consiliis non dissentiat, qui potentia valeat, concordiam querat, et omnia Cæsaris præcepta majori cum auctoritate vel efficacia queat perurgere. Huic autem gerendo muneri neminem sibi magis idoneum videri, quàm Ferdinandum fratrem, Archiducem Austriae, et Hungariae Bohemique Regem: quippe qui præter insignem potentiam singulari simul industriâ polleat; et quod omnium caput est, etiam unitate vel concordia animorum à se minimè disjunctus sit. Censuere statim Electores, petitionem hanc rationibus gravissimis nixam esse: jam enim fatis didicerant ab annis pluribus, quantum ipsis nocuerit absentia capitis. Ideoque non attentâ Saxonis oppositione, sua vota contulerunt in Ferdinandum, qui ibidem pridie Epiphaniæ Romanorum Rex electus, & Aquisgrani undecimâ die Januarii solennissimè coronatus est.

Interea quoque Lutherani Principes agebant sua conventicula, maximè verò Smalcaldicæ: ubi sub exitum anni superioris, die vicefimâ secundâ Decembris, percussum est famosissimum foedus illud Smalcaldicum, quod abhinc gravissimorum bellorum focus & follis fuit. Subscripserunt ei Joannes Dux & Elector Saxonie, Joannes Fridericus ejusdem Electoris filius, Georgius Marchio Brandeburgicus ex linea Onolsbacensi, Ernestus & Franciscus Duces Luneburgici, Philippus Hassiæ Landgravius, Wolffgangus Prin-

Ferdinandus  
Caroli Imperatoris  
frater, Coloniae eligitur Romanorum Rex & coronatur Aquisgrani, frustra contradicente Saxone.

\* Helvicus in theatr. hist. univ. Palat. in Aq. Austr. & alii.

\* Palat. in Aq. Austr. Spond. hic n. r.

Spangenberg. in chron. Mansf. \* Auctores iidem.

Foedus Smalcaldicum in fine superioris anni percussum, & hoc anno confirmatum.

Helvicus in theatr. hist.

Palat. in Aq. Austr. Spangenberg. in chron. Mansf. Sur. & alii.

Prin-



Princeps Anhaltinus, Gebhardus & Albertus Comites de Mansfeld: qui omnes vi istius foederis quàm arctissimè se invicem obstrinxerunt, ad se suàmque Religionem contra invasores quoslibet omnium bonorum suorum impendio defendendam. Idem foedus hoc anno rursus ab iisdem Principibus confirmatum est, primò Smalcaldiae exeunte Martio, ac deinde Francofurti mense Junio: quibus in locis etiam urbes non paucae foederi Smalcaldico se conjunxere. Quòd autem suprà dicti Principes etiam contra Ferdinandi electionem se opponere, neque eum in litteris publicis Romanorum Regem appellari vel agnosci vellent; id ab urbi-  
*\* Helvici, & Sur. cit.* um Legatis\* reprobatum est. Inquiebant enim, *sibi satis esse, pro suarum conscientiarum et Religionis libertate stare: hanc si obtinerent, se penitus acquiescere; nec opera pretium arbitrari, ut electionis impugnan- da causâ inutilibus jurgiis et gravissimorum bellorum periculo se involvant.*

Zwingliani in Helvetia maxis mopere affligunt pagos vel Cantones Catholicos. Cochlaus in actis Lutheri. Surius in comment. rer. gest. Spond. hic n. 6.

Helvic<sup>o</sup> in theat. hist. Catholicici indicunt bellum Zwinglianis, etiam si potentioribus. auct. iidem Prima Zwinglianorum clades, in qua Zwinglius à Catholicis capitur & comburitur auct. iidem Secunda clades.

Longè atrocius hoc anno contra Catholicos insurrexere Zwingliani in Helvetia, maximèque Bernatenses ac Tigurini. Hi, cum essent pagorum omnium Helveticorum potentissimi, diu graviter divexaverant quinque alios pagos vel Cantones probè Catholicos, nimirum Lucernenses, Urienses, Svitenses, Tugenses, & Unterwaldios vel subsilvanos. Dissimularunt id primùm Catholici, quòd potentiâ & viribus inferiores essent: postremò tamen, cum adversariorum injuriæ supra modum crescerent; quarto Nonas Octobris bellum ipsis indixere, solenniter contestati, se ad pugnam cogi, ideòque eventum ejus Domino Deo commendare. Præcipua eorum arma fuerunt pietas & oratio. Præterquam enim, quòd in suis castris quotidie flexis genibus interessent sacrificio divino; etiam octodecim viduas constituerant, quæ durante bello in Ecclesia Mariana Einsidensis monasterii, alternatis diu noctuque precibus, pro felici expeditione Deum exorarent. Neque fefellit eos tam sancta spes, in Deo posita. Nam intrà spatium unius mensis Bernatenses, Tigurinos, & quidquid aliorum Zwinglianorum erat, faustissimis quinque præliis ità obtriverunt, ut hi ab ipsis pacem petere coacti fuerint. In primo prælio, die undecimâ Octobris contra Tigurinos gesto, capta sunt eorum tormenta omnia, plùs quàm viginti; cæsi verò mille quingenti, interque eos unus Abbas apostata, duo Canonici Tigurini, & ipsemet hæresiarcha Zwinglius adhuc semivivus, qui & impœnitens in ignes missus, & ultricibus flammis combustus est. In secundo prælio, die decimâ septimâ Octobris habito, rursus Catholici victores effecti sunt, & è Zwinglianorum exercitu septingenti in arena strati, quingenti in vicino fluvio submersi, reliqui omnes in indecorem fugam præcipitati sunt. In tertio prælio, quod

com-



commissum est die vicesimâ quartâ Octobris, Tigurini & Bernaten-  
 tenfes evocatis in auxilium Schaffhusanis, Basileensibus, & Müll-  
 husanis, volebant Catholicos longè pauciores per noctem clam  
 obruere. Hi autem re intellectâ (superinjectis, ut se invicem in-  
 ternoscerent, albis interulis) hostem intrepidè præstolati sunt;  
 eumque Deo adjuvante tam feliciter devicerunt, ut è Zwinglianis  
 iterum sex millia virorum fortium amissa fuerint. In quarto præ-  
 lio, die trigesimâ primâ Octobris, Catholici rursus Tigurinorum  
 castra per noctem adorti sunt, & ejusmodi victoriam ab iis retulê-  
 re, ut occisis quinque millibus, reliqui vel in acie capti, vel in  
 fugam averfi sint. Tum verò Zwingliani, velut a vernalibus fu-  
 riis agitati, omnem iracundiam suam effudêre contra Ecclesiam  
 statuamque Marianam Einsidelensis monasterii, ubi actenus pro  
 Catholicis tam feliciter oratum & exoratum erat. Miserant illuc  
 pagi seu *Cantones* Catholici imbellem populi multitudinem, ni-  
 mirum senes, pueros, & feminas, ut supplicatione publicâ, vel  
 Deo pro obtentis victoriis gratias agerent; vel, si ulterius pugna-  
 re necessum fuerit, novas à Deo laureas ac triumphos peterent. Id  
 cum ægerrimè ferrent Zwingliani, collegerunt ocyùs novum exer-  
 citum; eumque adduxerunt versùs oppidum Einsidelense, ut illo  
 capto, monasterii templum diruerent, & miraculosam Beatæ Vir-  
 ginis imaginem funestis ignibus concremarent. Sed quis unquam  
 adversùs hujusmodi imagines impunè sævit? Sanè Catholici, quàm  
 primùm id subodorati sunt, continuò rursus adversum eos in bel-  
 lum processêre: & in planitie vicini montis per noctem obrutos  
 tam insigni plagâ percusserunt, ut occisis hæreticorum quinque  
 millibus, etiam quatuor majora labara (quorum unum Tiguri-  
 norum, alterum Basileensium, tertium Schaffhusiorum, & quar-  
 tum Müllhusensium fuisse dicitur) in potestatem victorum vene-  
 rint. Quare tandem Zwingliani, Deum pro Catholicis pugna-  
 re docti, perpetuam cum iis pacem iniêre: & ex eo tempore quin-  
 que illi pagi vel *Cantones* in Catholica Fide usque ad hodierna tem-  
 pora constanter persisterunt.

Nondum hujusmodi bella contra Catholicos movebantur à  
 Lutheranis: hi tamen in societatem suarum novationum identi-  
 dem attrahebant alias atque alias urbes; quas inter & hoc anno  
 fuit Sufatum in Westphalia. Primus ibi Lutheranum Evangelium  
 prædicare cœperat Joannes Kelbergius in æde S. Pauli sacerdos:  
 cui propediem se adjunxêre tres apostatæ monachi, Thomas  
 Broickwius, Joannes Frye, & qui omnium audacissimus erat, Jo-  
 annes Campius. Hic, ut aliquantisper in privatis conventiculis  
 plebem seduxerat; ejusdem favore & annutu die vicesimâ primâ

Item tertia.

Quarta.

Et quinta.  
auct. iidemSufatum  
hoc anno  
per tumul-  
tus publi-  
cos doctri-  
nam Luthe-  
ranam reci-  
pit.  
Hamelm.  
in hist. Ev.  
ren.  
westhoff.



*in chron.* Decembris, in festo S. Thomæ Apostoli, contra voluntatem con-  
*Trem. ms.* cionatoris Catholici profilivit in suggestum: simulque, ut erat vir  
*Daniel su-* linguâ promptus, audacissimâ eloquentiâ suâ vehementer deto-  
*fatensis in* nuat in Pontificem, in Cardinales, in Clerum & monachos, in  
*libello* ipsum denique Magistratum Sufatensem adhuc probè Catholicum.  
*Rhythmico.* Finitâ concione jubet Magistratus comprehendi hominem seditio-  
 sum, & in urbis curia de calumniis in Ecclesia sparsis responde-  
 re. At obsistit furiosa plebs: concitòque tumultu publico pul-  
 satur feralis campana, accurrit in forum populus, irrumpunt in  
 curiam cives, duòsque Consules, Joannem Gropperum & Alber-  
 tum Grevenium, unà cum aliis quinque Senatoribus in carcerem  
 turrésque protrahunt. Ità plebs, jam urbis Imperio potita, no-  
 vat omnia pro suo & præconum Lutheranorum libitu: paulòque  
 post complures flagitiosi transfugæque monachi, velut corvi ad  
 cadaver, Sufatum confluunt. Ex horum numero primus in ur-  
 be *superintendens* (utè nominant) constitutus est Joannes de Brüyn:  
 eidem coadjutor assignatus Joannes Campius: in Ecclesia S. Pauli  
 relictus Joannes Kelbergius: in parochiam S. Thomæ introductus  
 Joannes Frye, in ædem S. Georgii Joannes Molnerus, in templum  
 B. MARIE Virginis Thomas Broickwius, in alias Ecclesias & Sa-  
 cella Joannes Sinckhusius, Jacobus Iserlonius, Henricus Velthu-  
 sius, & alii id genus plures. Quinam autem & quales viri illi?  
 Nonne omnes apostatæ & homines flagitiosi? Joannes de Brüyn,  
 Franciscani Ordinis desertor, matrimonio conjunctus erat cum  
 sanctimoniali, quam in Flandria vitiaverat; fuitque simul tamar-  
 rogans & libidini avaritiæque deditus, ut idcirco ab ipsismet Su-  
 fatensibus postmodum ejectus, & solum vertere coactus fuerit.  
 Joannes Campius ejusdem Ordinis desertor, adhærebat magis do-  
 ctrinæ Zwinglii, quàm Lutheri; eratque simul homo impius, &  
 præter corruptarum virginum sacrilegia, etiam adulteriis furtisque  
 infamis. Joannes Molnerus, ex oppido Bürano genitus (quem  
 Hamelmannus \* *primum Paderbornæ, postea Sufati, fidelissimè et inno-*  
*centissimè Evangelium docuisse jactitat*) scelerum suorum causâ Pader-  
 bornâ Sufatum fugiens, feminam aliquam, necato clam ejus ma-  
 rito, secum abduxit; eâque nondum satiatus, aliarum quoque  
 mulierum libidinibus pecuino more se commiscuit. Thomas  
 Broickwius Osnabrugensis, unâ seductâ monachâ non contentus,  
 usque adeò se immergit luxuriæ, ut etiam post ipsa templi altaria  
 maritatae feminae vim intulerit. Ceteri iisdem penè flagitiis con-  
 taminati, omnésque ex malis monachis aut sacerdotibus pejores  
 mariti, quemadmodum singulos rectissimè descripsit author ca-  
 tholicus & horum omnium inspector in libello Rhythmico, qui

Primorum  
 Praconum  
 Sufatensium  
 profligatiffi-  
 sima vita.  
*Daniel Su-*  
*fatensis loc-*  
*cit.*

*Hamelmannus*  
*in Hist. E-*  
*vangelii*  
*renati.*  
*Huxar.*  
*pag 1087.*

Da-



*Danielis Susatensis* titulo circumfertur. Hi nimirum sunt viri isti à Spiritu sancto illuminati, qui veram Evangelicæ doctrinæ lucem Susato intulêre! His instrumentis Deus usus est, ut nobilissimam urbem hanc ad Apostolicæ fidei puritatem revocaret!

Similes tumultus hoc anno cudebantur Monasterii in Westphalia, auctore Bernardo Rotman, qui è Sacerdote catholico primum factus est præco Lutheranus, deinde Zwinglianus, demum etiam Anabaptista & Joannis Leidensis adjutor pessimus, uti suo loco demonstrabitur. Natus hic erat Stadtlonæ in dioecesi Monasteriensi, patre fabro ferrario; literasque humaniores didicerat Monasterii, philosophiam verò Moguntia, sustentatus illic ex misericordia piorum hominum. Inde redux Monasterium, recepit se ad consanguineum suum Hermannum Sibingium, Collegii Mauritanii extra muros Vicarium: cujus operâ Sacellanus ibidem factus, primum catholicè docuit; postea verò Lutheri doctrinam, nescio quibus è libellis haustam, plebejis auribus instillavit. Id cum viderent boni Canonici, numerato unius anni stipendio miserunt eum Coloniam Agrippinam, ut ibidem in academia probè catholica theologicis doctrinis meliùs imbueretur. At ille quorundam civium consilio pro Colonia Wittenbergam ivit; auditoque istic Luthero & Melanchthone, etiam ad alias nonnullas urbes Zwinglianis erroribus imbutas abiit. Pejor itaque reversus, quàm antè fuerat, cœpit iterum audentiùs in silvam antiquam ruere, bona opera vituperare, Ecclesiæ præcepta contemnere, Evangelicam libertatem efferre, monachorum & clericorum vitam fugillare, eaque agendi & carpenti licentiâ tam ingentem populi multitudinem ex urbe tota ad suas conciones trahere, ut Ecclesiæ Mauritanæ brevitatem numerosum auditorem non caperet. Ea res cum in apertam seditionem vergeret, neque ullus esset, qui infructu hominis insolentiam coërceret (Episcopus enim languidiùs agebat omnia, & Canonici nihil audebant propter comminationes infrænis populi) tandem à majori Capitulo aliisque viris primariis recursum est ad Carolum Imperatorem Bruxellis in Belgio commorantem. Et ille, ut erat catholicæ religionis propugnator acerrimus, continuo severissimè jussit Rotmannum ex Mauritaniana cathedra submoveri; quemadmodum edocemur ex hisce literis ad Episcopum Senatùmque Monasteriensem datis.

**C**arolus, Dei gratiâ Romanorum Imperator. Multum venerandum Præsul ac Princeps, dilecti piique Domini. Certâ ad nos fide perlatum est, impiam proscriptamque à nobis Lutheri doctrinam apud vos in Collegii Mauritanii templo, quod est in suburbio, palam profeminari, atque inde per urbem et Episcopatum latiùs diffundi. Quod equidem cum

Bernardus Rotman apostata perverrit cives Monasterienses. Eiusdem patria, natales, & studia.

Kerssenb. in hist. anabapt. ms. ad hunc annum.

Carolus Imperator jubet Rotmannum ejici. Schaten in collectan.



fit contra Imperii decreta, atque ea, quæ in proximis comitiis Augustæ tam severis legibus cauta sunt, ne quis aut Lutheri heresim, aut alias quascunque perditrices sectas, aut quoslibet errorum magistros publicè ferat, quibus populus ab avita Majorum nostrorum religione abducitur: tum minus id à vobis permitti oportuit, quòd non ità pridem Consules et Ma-

\*Decretum Magistratus Monasteriensis à nobis per literas moniti, et peculiari decreto illud, anno prohibiti sint, ne quam heresi libertatem facerent. Interea verò nonnulli 1530 die 9. præcones heresis, et cum primis Rotmannus Vicarius ad S. Mauritium Augusti e sacerdos, homo factiosus, palàm receptus est, permixtusque turbulentis autum in suis declamationibus plebem per speciem Evangelii pervertere, mentes sa. comitiis Augustanis crilegis erroribus implicare, Religionem Catholicam juxta ac Rempubli- vide apud cam conturbare. Non id unquam speraveramus futurum: alia nobis de Kerssenbr. Magistratus Monasteriensis fide et sollicitudine polliciti, quando pro Im- in hist. perii decretis et obedientia erga Cæsarem par erat ejusmodi sacrilegos præ- anabapt. cones, cum damnata jam dudum Lutheri heresi, cœercere et proscribere. Jam quidem Magistratus Monasteriensis læsæ Majestatis reus, nobisq; ad penas obnoxius est: sed monitione denuo, quàm severitate, prius uti placuit. Quapropter à te, venerande Præsul, reposcimus, ut secundam Imperii statuta et leges, contra hujusmodi falsos præcones, et cum primis contra Rotmannum agas, quo compressis aut submotis turbatoribus, populus in avita Catholica Religione conservetur. Id sin minus per te et eos

Rotmann<sup>o</sup>, fiat, Cæsaris erit in vos animadvertere. Hæc verbis significamus, et pro à facellana munere ac imperio nostro à vobis præstari volumus. Bruxellis die 28 De- tu Mauri- cembri, anno 1531.

Acceptis hæc literis Fridericus Episcopus, nihil ampliùs con- nivendum vel cunctandum videns, per Satrapam Wolbecensem Rotmanno cathedram interdicit, simulque omnem apud Mauri- tianos agendi & commorandi securitatem de mandato Imperato- rianis adimit. Quo nuntio percussus, clanculum se recepit in ades aliquorum civium factioni suæ adhærentium; ibique ea fabrica- vit in occulto, quæ sub initium sequentis anni in apertam seditio- nem erupere. Debuerat & hæc latebras impedire defes Episco- pus; hominèmq; perniciosissimum non solum è suburbio, sed etiam ex urbe ac Dioecesi tota protinus excludere, ne grex totus ovium ipsi commissus unius scabie & porrigine caderet. At ille, cum semper aliàs fuisset rerum sacrarum negligens, tum verò magis eo tempore: quippe qui per Autumnum præsentis ani- ni cum Erico Episcopo nostro jam convenerat de Episcopatu suo in favorem hujus dimittendo. Congressus amborum Antistitum eâ de re celebratus est in arce Iburgensi, die vicefimâ primâ Sep- tembris. Ubi in præsentia Legatorum Capituli Monasteriensis conclusum fuit, ut Fridericus Episcopatu suo sponte decederet, reser-

\*Chron. Of- nabr. ms.

\*Chytræus l. 13. Saxon. ad annum 1532.

vata



vatâ pensione quatuor millium aureorum Rhenensium: è quibus duo millia quot annis persolvantur ex Monasteriensi arario Camera; reliqua verò duo millia eo tempore, quo renuntiatio fieret, ab Erico statim redimantur viginti\* millibus aureorum presentis pecunia. Quæ tam ampla

nummorum summa cum non illico ad manum esset, renuntiatio ista usque in Martium sequentis anni procrastinata est: interimq; Ericus Episcopus nummos istos ex Osnabrugensi & Paderbornensi Dioecesi coacervavit, eo subditorum suorum fremitu & indignatione, ut homines vulgò \*dicerent, quòd Osnabrugenses et Paderbornenses Monasteriensem Episcopatum emerint.

Cetera, quæ hoc anno apud nos & in vicinis Dioecesibus contigisse legimus, breviter sic refero. Die vicesimâ septimâ Februarii, quæ tunc erat feria 2da post Dominicam \*invocavit, Joannes Kerckman, falsator monetarum, unâ cum famulo suo Osnaburgi in foro publico, propter falsarios obulos Erfurtenses in ardenti cacabo vel ahenò coctus est. Die octavâ Aprilis, pridie Paschatis, ibidem Lambertus Flemming vir senex propter procusos nummos Geldricos, quos eo tempore Schnapphalmos\* appellabant, eodem supplicio vitam infaustam finit. Feriâ quintâ ante Servatû Episcopi, quæ tunc erat undecima dies Maji, pagus Pömbfen prope Niehemium in Dioecesi nostra funesto incendio consumptus perit. Die vicesimâ nonâ Maji, postridie Pentecostes, Balthasar Merckelius Episcopus Hildesienfis, cum ab urbe Treviris proficisci & equum incendere vellet, apoplexiâ tactus exspiravit, & ibidem in tergemina S. Simeonis Ecclesia terræ mandatus est, vir Episcopatu Hildefino plurimum profuturus, dummodo Superi longiorem ei vitam indulgissent. Successit illi Otto Comes de Schawenburg, antea Hildesienfis Ecclesiæ Præpositus, qui tamen post annos paucos matrimonium Episcopatu prætulit, uti suo loco memorabitur. Denique die decimâ quartâ Augusti, pridie Assumptæ in cælum Virginis, apud nos versùs Occidentem apparere cœpit cometa novus, caudam erectam habens, & in nostro horizonte visus per dies quindecim; uti in diario suorum temporum annotavit Henricus Abbas in Marienmünster, vir egregius, & qui historiam nostram variis in locis non parùm illustraturus est.

\*Chytraus  
ibidem.

\*Chron.  
Osnabr. ms.  
Falsatores  
monetarû  
Osnaburgi  
in ardenti  
aheno co-  
quantur.  
\*Chron. Of-  
nabr. ms.

\*vulgò  
Schnapp-  
halmos.

Pagus  
Pömbfen  
exurit.

Henricus  
Abbas Ma-  
rienmünst.

in diario  
suorum  
tempor.

Balthasar  
Merckelius  
Hildesien-  
sis Episcop.

moritur, cui  
succedit  
Otto Co-  
mes de

Schawen-  
berg.

Chytraus l.  
13 Saxon.  
ad hunc

annum.  
Brusch in  
Catal. Ep.

Hild.  
Cometa per  
dies 15 ap-  
parens

mente Aug.

An-



## Annus Christi 1532.

CLEMENTIS VII. Pontificis 9. &amp; 10.

CAROLI V. Imperatoris 13. &amp; 14.

ERICI Episc. Paderb. &amp; Osnabr. 24. &amp; ultimus.

Carolus Imperator comitia celebrat Ratisbonæ.

Spond. ad hunc ann. n. r.

Cochleus in actis Lutheri.

Surius in comment. rer. gest.



Coronatione sui fratris Ferdinandi Romanorum Regis Carolus Imperator toto anno superiore mansit in Belgio; ibique nihil sollicitius in curis habuit, quam ut Principum Lutheranorum conspirationes prudenti consilio dissiparet. Eo fine rursus omnes Imperii Proceres conscribi fecit ad comitia, mense Martio præsentis anni Ratisbonæ celebranda. Aperuit ea Cæsar ipsemet cum fratre suo Ferdinando; aderantque & alii Principes exceptis Protestantibus, qui interea conventum peculiarem instituerant Schweinfurti in Franconia. Missi igitur Moguntinus & Palatinus Electores, ut cum iisdem agerent, non solum de pace & concordia; sed etiam de auxiliis contra Turcam, qui cum ingenti armorum apparatu rursus adventabat. Sed nihil ab his duobus effectum est. Imò quò magis hi extollebant periculum à Turcis imminens; eò magis illi recusabant omnem concordiam & armorum conjunctionem, nisi Imperator suæ suorumque foederatorum religioni plusculum indulgeret. Durum erat Imperatori, in rebus fidei quidquam concedere. Sed quò non cogit necessitas? jam Solimannus imminabat Austriæ cum exercitu immenso, quem aliqui sexcentorum aut quingentorum millium fuisse referunt. Et, nisi Protestantium postulatis Cæsar aliquid permetteret; periculum erat, ne Germaniam fetè totam perderet. Itaque necessitati cedendum ratus, denuo Moguntinum & Palatinum Electores mittit ad Principes Protestantes, & in alio congressu Norimbergæ habito tandem cum iis convenit,

Alius congressus Norimbergæ: in quo Cæsar metu Solimanni cogitur permittere Protestantibus, ut quisque in sua religione maneat usque ad futurum concilium.

Spond. loc. cit.

Helvicus in theatr.

hist. univ.

Soier. l. 2.

de bello

Pannon.

Surius,

Pal. & alii.

*ut omnia relinquuntur in eo statu, in quo jam sunt; neque Religionis causa cuiquam aliquid molestia inferatur usque ad concilium proxime futurum: aut si concilium tam citò congregari nequeat, saltem eò usque pax firma stet, donec ab Ordinibus Imperii reperta fuerit alia methodus, dissidium illud componendi.* Ità demum Protestantes acquievère, & copiosa contra Turcas auxilia polliciti sunt.

Post hæc miles omnis congregari iussus prope Viennam Austriæ. Ubi, dum Germani unà cum Hispanis & Italis confluisse visi, tam ingentem exercitum confecère, ut Jovius ibidem præfens & alii Scriptores memorent, Cæsarem in unis ad Viennam castris habuisse nonaginta peditum ac triginta equitum armatorum millia:



millia : quibus ipsemet supremo cum imperio praefuturus, jam advenerat ad urbem Lincium. Interea Solimannus exercitum suum non parvo tempore fatigaverat ante Guntium, Hungariae inferioris oppidulum. Habebat illud solum quatuor propugnacula antiqui operis, una cum arce parva, ad sustinendam hujusmodi obsidionem minimè idonea. Et tamen, sive gubernatoris insuperabili strenuitate, sive Deo fortunam Caesaris mirabiliter adjuvante, non modò fortissimè se defendit; sed etiam Solimanni insultantis ferociam ita fregit, ut multis millibus amissis post dies circiter viginti quatuor obsidionem solvere coactus fuerit. Ajunt, Solimannum illic à Caesare ad pugnam decretoriam\* chirothecâ missâ provocatum esse; ipsum verò detrectatâ hujusmodi pugna respondisse: *Non ego te Carole, sed fortunam tuam reformido!* Verùmne, an falsum illud sit, non ausim definire. Id autem certum est, Solimannum, cum audisset, Caesarem cum auxiliariis Germanorum copiis adventare, tam praecipiti cursu ex Hungariae finibus aufugisse, ut identidem respectaverit, an Caesar à tergo sequeretur? Fugâ cognitâ, Caesar Principum Germanorum auxilia rursum à se dimisit. Suarum verò copiarum partem reliquit Ferdinando fratri, ut cum iis prosequeretur bellum in Pannonia; & aliam partem, praecipueque Hispanos & Italos, remisit in Italiam: quò & ipse eos propediem consecutus est.

Ante hos eventus belli, imò inter primos ejusdem apparatus, Domum Saxoniam funestavit inopina mors Joannis Electoris: qui, postquam è Norimbergensi congressu rediisset, Schweinitii lethali morbo correptus, & extinctus est die Veneris, decimâ sextâ mensis Augusti. Fuerat ille primus, qui instigante Lutero Catholicorum sacrorum usum è suis Ecclesiis exturbari fecit. At, ubi in lectum fatalem incidit; sacrationi lumine collustratus, errorem hunc amarissimè deflevit, cum Ecclesia Catholica se reconciliavit, Sacramenta moribundis ministrari solita Pontificio ritu suscepit, filioque suo Joanni Friderico lege testamentariâ severissimè praecipit, ne ditionum Electoralium gubernationem adiret prius, quàm corporali stipulatione sibi vivo promississet, velle se, novationes omnes abolere, Lutherum expellere, pracones heterodoxos persequi, ad unitatem Ecclesiae Catholicae regredi, & omnia Christiana sacra in statum florèmq; pristinum revocare. Qua de re cum apud Chytraum aliòsque Scriptores A Catholicos profundissimum silentium sit; juvat hic è Ducali tabulario Monachienfi producere ejusdem Joannis Friderici literas, ad Wilhelmum & Ludovicum Bavariae Duces octiduo post mortem patris de ejusdem conversatione datas:

Solimann<sup>9</sup>  
diu frustra  
oppugnat  
Guntium,  
tandemque  
cogitur ob-  
sidionem  
solvere.

Isthuansff.  
in hist.

Hung l. 11.

Soiser. l. 2.

de bello

Pannon.

Cochlaus

in actis Lu-  
theri.

\*Palat. in

Aq. Austr.

Solimann<sup>9</sup>

cognito

Caesaris ad-

ventu, praeci-

piti fugâ

se subducit,

Auctores

supradicti.

Joannes E-

lector Saxo-

niae Catho-

licè mori-

tur, praeci-

piti que filio

suo Joanni

Friderico,

ut Catholi-

cam reli-

gionem re-

stituat, eje-

cto Luthe-

ro & aliis

apostatis.

Joannes

Fridericus

id promittit

morituro

Patri, eaq;

de re cer-

tiores facit

Wilhelmū

& Ludovi-

cum Bava-

riae Duces.

Den



**Den Hochgebohrnen Fürsten / unsern freundlichen lieben Ohaim / Herrn Wilhelmben und Herrn Ludwigen / Pfalzgraffen bey Rhein / Herzogen in Ober- und Nieder Bayern ꝛc.**

Unser freundlich Dienst / und was wir allzeit ehren / liebs / und guets verindgen / zuvor ꝛc.

Liters Jo-  
annisFride-  
rici ea de re.  
Ex Archi-  
vio Mona-  
chiensi.

**W**ir geben Eueren beeden Lieben mit betrübten Herzen zu erkennen / das der Hochgebohrne / unser gnädiger lieber Herr und Vatter / Herzog Hans / Churfürst zu Sachsen ꝛc. am Freytag schirft umb den neunnden Seger / auff den Tag als ein Christlicher Fürst mit Tod verschiden / des Seelen der allmächtig Vatter durch Christum unseren Herren barmherzig seyn wölle. Der selb unser lieber Herr / und Vatter seliger Bedechtnuß / ist hievor in seiner Schwachheit durch den Geist Gottes angeregt / und dardurch herziglich bewegt worden / sich zu alter Christlicher Religion zu wenden / und mit der Muetter der H. Christlicher Kirchen widerumben zu verätinen. hat auch darauff nach Christlicher Ordnung alle Sacrament / den Leib Christi / die heilige Beicht / und Dellung / in hitziger Lieb und Demüthigkeit angenommen und empfangen: und alsobaldt in seiner lieb Fürstenthumb ainen Truck außgehen lassen / das alle neugemachte Ordnung der Kirchen außgehbt / der Luther / auch andere Prediger und Anhenger der Secten verer nicht gedult werden sollen: und in ainen zierlichen Testament uns / als seiner liebe ainigen Sohn / mit dieser Condition beladen / das uns die Erböldigung der Unterthanen und Regierung des Fürstenthumbs nicht verfolgen solle / bis so lang wir mit unsern Fürstlichen Würden und Worten bestäten / und zuesagen / das wir seiner lieb letzten Christlichen Willen in allen Puncten vollziehen wölten ꝛc. Und wir / Gott zu Ehren / und den Zusagen nach / so wir hochermelten unserm Herren und Vatter leiblichen gerhan / uns des schuldig erkennend / seint demnach in unserm Gemüth ernstlichen entschlossen / Weiland Ihrer Lieb letzten Willen als les Fleiß zu vollziehen / alle verführische Secten und Lehren (darin leider: sein Lieb / wir / und unser Unterthanen / betrüglich geführt worden / und Euer Lieb und andere Christen Menschen darab nit wenig geärgert haben) mit Wurzel und Grund gänzlich außzureißen / deroselben Anhänger und Lehrer zu hassen / zu verfolgen / uns gemeiner Christlicher Kirchen demüthiglich zu unterwerffen / und fürter hin mit Hilff des Allmechtigen in unserm Fürstenthumb / rechte / wahre / Christliche Religion zu erhalten. Und ob wir diesem Christlichen Werck zu schwach / und uns etwas beschwärlisches darunder beegnen möchte: wölten wir Euer Liebden / als unser angebohrne Freunt / und hochgerüemte Fürsten / Liebhaber und Fürderer alter Christlicher Religion / hie mit zum freundlichsten ersuecht haben / uns hiezu rätlich und beyständig zu seyn / uns in der Noht nit zu verlassen / und uns in unser Jugend und unser Land und Leut in solchen Befelch haben / wie unser gar freundlich und sonder Vertrauen zu Euer Lieb siehet. Wir wölten uns entgegen mit all unserm Vermögen gegen Euer Liebden also beweisen / das unsers Thalls die hochinmerlich und vertrenliche Verwantung / so vor Jahren / wie Euer Liebden ohne Zweifel wissen / das Hausß Bayern und Sachsen gegen einander gehabt / widerumben erweckt und freundlich erhalten werde. Datum in unserer Statt Wüttenberg / am Sonnabend den 24. Augusti, 1532.

**Von Gottes Gnaden Johan Fridrich / Herzog zu Sachsen / Churfürst / Landgraff in Thüringen / und Marggraff zu Meissen ꝛc.**

Quz



Quæ literæ, ut ab iis pariter, qui germanicæ linguæ ignari sunt, liquidiùs intelligantur, latinè sic reddi possunt:

Illustrissimis Principibus, amicis ac per-  
dilectis cognatis nostris, Domino Wil-  
helmo, ac Domino Ludovico, Co-  
mitibus Palatinis Rheni, superioris &  
inferioris Bavarix Ducibus &c.

*Amicissima obsequia nostra, et quidquid venerationis,  
amoris, ac boni possumus, in primis etc.*

**V**estra amborum dilectioni mæsto corde significamus, Illustrissimum, charissimùmque Dominum ac Patrem nostrum, Joannem Ducem et Electorem Saxonix etc. nuperâ die Veneris, circa horam nonam, more Principis Christiani defunctum esse; cuius anima omnipotens Pater per Christum Dominum nostrum velit esse propitius! idem ille charissimus Dominus, ac Pater noster piissimâ recordationis, paulò antè in aegritudine sua spiritu Divino tactus, et per hoc intimo corde commotus est, ut ad veterem Religionem Christianam se reciperet, seseque rursus conjungeret Matri nostræ, sanctæ Ecclesiæ Christianæ. Subinde etiam Christiano ritu omnia Sacramenta, Eucharistia, Pœnitentia, et extrema Unctionis, ardentissimâ charitate et humilitate suscepit; simulque in Principatu suo typis publicis evulgari fecit, novas omnes Ecclesiarum ordinationes tolli, et Lutherum unâ cum aliis præconibus et seclariis in posterum tolerari amplius non debere: quin et in eleganti testamento Nos, ut unicum suæ dilectionis filium, eâ lege et conditione prægravavit, ut subjectionis hereditaria sponsio regiménque Principatus à nobis accipi non deberet, usque dum Principali verbo nostro sponderemus ac polliceremur, nos voluntatem ejus ultimam, ac verè Christianam, ad amissim executuros esse. Et Nos, ad honorem Dei, et vi promissorum nostrorum, quæ prædicto Domino et Patri nostro corporali stipulatione dedimus, obligationem hanc agnoscentes, apud animum nostrum sincerè ac seriò proposuimus, huic ultimæ voluntati ejus studiosè morem gerere, seclat omnes doctrinâsque seductorias (in quas, præ dolor! et ipse, et Nos, et subditi nostri, subdolè adducti sumus; et charitati vestræ aliisque Christianis offendiculo non parvo fuimus) radicibus exsurgere, earum seclatores et magistros persequi, universali Ecclesiæ Christianæ demississimâ voluntate nos subdicere ac deinceps in Principatu nostro sinceram veramque Religionem Christianam auxiliante Deo



conservare. Quòd si autem huic operi Christiano essemus impares, aut in eo perficiendo nobis aliquid molestiarum obveneret; vos Dominos dilectissimos, tanquam amicos laudatissimosque Principes, nec non antiquæ Religionis Christianæ cultores ac promotores, hæc literis humanissime rogamus et obtestamur, ut hac in re consilio nobis et auxilio sitis, nos in tempore angusto non deseratis, nostramque juventutem unà cum subditis terrisque nostris ità vobis commendatam habeatis, uti amica et singularis confidentia nostra à vobis prestolatur. Nos vicissim pro viribus nostris erga vestram charitatem ità nos habebimus, ut ex parte nostra sincera et intima cognatio, quam olim (ut scietis) Bavarica Saxonicaque Domus ad invicem habuere, denuo resuscitetur, et cum omni familiaritate conservetur. Datum in urbe nostra Wittenberga, sabbatho die vicesimà quartà Augusti, Anno 1532.

Dei gratià Joannes Fridericus Saxonie Dux Elector, Landgravius Thuringia, et Marchio Misnia etc.

Literæ hæc ut supra memini, adhuc asservantur in Electorali archivo Monachienfi, ex quo earum apographum anno 1572. Ferdinandus\* Maria, Dux & Elector Bavarie, à multis magnisque Dominis rogatus, Viennam Austriæ transmisit. Quare fallitur Spangenbergius, quando contra Joannem Nasum Suffraganeum Brixinensem, qui eodem seculo conversionem hanc evulgaverat, audacter asserit, id esse insolens et diabolicum figmentum. De cetero idem ille Joannes Fridericus aliquantò post, nescio quibus vel terribulamentis vel malorum consiliariorum persuasionibus, recessit iterum ab hoc proposito; contraque sponfionem, tam parenti suo, quàm Bavaricis Principibus factam, Lutherani Evangelii defensionem acerrimè resumpsit. Quanquam non sinè maxima supremi Numinis vindicta, serò quidem, at ferò consecuta. Nam anno 1547 post infelicem pugnam ab Imperatore Carolo Electorali dignitate suà cum bonis omnibus exutus est; & anno 1567 ejusdem filius cognominis, in urbe Gothana captus, infelicem vitam in Cæsaris custodia finiit. Sed de his uberius suo loco.

Rotmann?  
Apostata  
Monasterii  
in Westphalia  
per seditionem  
publicam  
introducitur

Magnus etiam hoc anno tumultus Monasterii Westphalorum concitatus est, auctore & actore Bernardo Rotmanno, de quo ad annum superiorem jam pauca prælibavimus. Is, cum è templo Mauritiano ejectus, & à Lutheranis quibusdam civibus clanculariè receptus esset; continuò fabricavit apud eos novam fidei confessionem, in varios digestam articulos: quæ dein à Joanne Langermanno, Ordinis senatorii viro, typis publicis commendata,

&



& à lingua latina in vernaculum sermonem transfusa est. Mirum! quàm avidè hæc ab hominibus indoctis pervoluta, quàm ingenti cum applausu ab iisdem approbata fuerit? Proinde non multò post, nimirum die vicefimâ tertiâ Februarii, Bernardus Knipperdollingius, magnâ civium seditiosorum coronâ cinctus, Rotmannum duxit ad cœmeterium Ecclesiæ Lambertinæ: ubi hic apostata in suggestu ligneo, ante ossuarium posito, de libertate Evangelica, de superstitione & idolomania Papistarum, de rebus aliis in prædicta suæ fidei confessione traditis, tam audacter mendaciterque ad plebem dixit; ut promiscuum vulgus concione peractâ in omnes Ecclesias Parochiales ruerit, Sanctorum imagines confregerit, hierothecas Divini Corporis violârit, Rotmannum Pastori Lambertino substituerit, ac demum omnia sus deque verterit, quæ ab ejus dogmatis dissentiebant. His auditis Fridericus Episcopus, comprimendo huic motui sese imparem ac inidoneum videns, Cathedralis Ecclesiæ Canonicos ad se vocavit in oppidum Wernam; atque ibi juxta ea, quæ Iburgi ante annum conventa erant, Episcopatu malè gesto renunciavit in *Dominica Palmarum*, die vicefimâ quartâ Martii.

Subinde Præsul emeritus, quietiorem vitam acturus, Coloniâ ivit. Cathedralis autem Ecclesiæ Canonici, propter seditionem urbis Monasteriensis, Lüdinghusium se recepere: ubi\* triduo post, pridie *Cœna Domini*, concordibus omnium votis ad vacantem Cathedram postulatus est Ericus Episcopus Paderbornensis & Osnabrugensis. Is, cum & potentiâ valeret, & acerrimus Lutheranorum persecutor esset; continuò minacissimis literis (quas adducit Kerfsenbrochius) Magistratum urbemque monuit, ut ejecto Rotmanno, & aliis Lutheranæ sectæ prædicatoribus, ad Catholicæ Religionis exercitium quantocyus revertantur. Id, nî ab iis propediem fieret; visurum se, quibus mediis & coactionibus, etiam invocato Cæsaris auxilio, pertinaciam ipsorum frangeret. Et certè non defuissent ei vires, ad hoc efficiendum & exequendum necessariæ, nisi præter omnem opinionem velociori morte fuisset præpeditus. Cum enim Fürstenaviæ in Diocesi Osnabrugensi de his & aliis Monasteriensium rebus consilia cum suis ageret; improvisâ ægritudine obrutus, vivere in terris desiit \*postridie S. Servatii, die decimâ quartâ Maji. Corpus ejus devectum est Osnabrugum, ibique in Cathedrali Basilica summis honoribus tumulatum prope tumbam S. Regine \*Virginis. Fuerat ille semper, quàm diu Paderbornæ & Osnabrugæ præfuit, amator pacis, justitiæ cultor, Diocesum suarum conservator, & quod omnes lau-

Lutheranif-  
mum.  
Kerfsenbr.  
in hist.  
anabapt.  
ad hunc  
annum.

Fridericus  
de Wieda  
Monasteri-  
ensem Epi-  
scopatum  
abdicit  
Wernæ  
die 24.  
Martii,  
Kerfsenbr.  
in hist.  
anabapt.  
ad hunc  
annum.

In ejus locū  
postulatur  
Ericus Ep.  
Paderb. &  
Osnabr.  
\*Kerfsenbr.  
in hist. An-  
nabapt. ad  
annū 1532.  
& in cata-  
logo Episc.  
Paderb.

Moritur  
paulò post  
Fürstenaviæ  
die 14 Maji.  
\*Henricus  
Abbas Ma-  
rienmünst.  
in diar. ms.  
\*chron. Of-  
nabr. ms.



\* *Hamelm.* des alias antecellit, Catholicæ fidei \* severissimus defensor. Ne-  
*l. 2. chron.* que aliud à nostris in eo carpitur, quàm quòd cœnobiis domibúsq;  
*Osnabr.* religiosis per imperatas vecturas, aliáque nova onera magno gra-  
*pag. 572.* vamini fuerit. Qua dere Henricus Abbas Marienmünsterensis in

diario suo ità scribit: *Anno 1532, post die S. Servatii obiit*

*Ericus Episcopus Paderbornensis ---- ex Ducibus*

*Brunsvicensibus, qui multum gravavit*

*Monasteria in hac Diœcesi.*

*Ignoscat ipsi Deus!*

ANNA-